dixit. redde redde redde Quid debeo reddere ex quo ni
hil accepi. Cesar iterum incepit dormire. Et ecce tercia
uice audiuit uocem dicentem sibi Fuge fuge fuge. quo
niam hic puer primogenitus gener tuus erit. Cesar ue
ro cum talia audisset commota sunt omnia uiscera eiꝰ
Mane uero surgens duos armigeros suos secum secre
tarios ad se uocauit dicens Ite paruulum illum uiolē
ter de manibus matris auferte ⁊ ipsum per mediū scin
dentes cor eius mihi apportate. Continuo illi euntes de
gremio matris puerum rapuerunt. quem uidentes ele/
gantissime forme misericordia moti ipsum super quā/
dam arboris superficiem ne a feris deuoretur reposuerūt
⁊ leporem scindentes cor eius cesari detulerunt. Eo/
dem die dum quidam dux inde transiret.

c

⁊ puerum uagientem audiret ipsum in gremio suo pri/
uate nullo sciente accepit. Et dum filium non haberet·
uxori attulit ⁊ eum nutriri fecit a se ⁊ uxore sua genitū
fingens henricum uocauit· Cum puer iam creuisset erat
corpore pulcherrimus ore facundus omnibus gratio
sus· Quem cum tam decorum ⁊ prudentem uidit cesar
a patre petiit ⁊ in curia sua manere fecit Sed cum uide
ret puerum omnibus graciosum ⁊ ab omnibus cōmen
dari dubitare cepit ne post se regnaret ⁊ ne iste sit quē
occidi mandauerat· Volens igit̄ securus esse· litteras
manibus suis scriptas uxori dirigit in hunc modum.
Inquantum est tibi cara uita tua mox ut istas litteras
receperis puerū hunc necabis· Dum uero pergens in q̄
dam ecclesia hospitatus fuisset ⁊ super banchū quiesce
ret ⁊ bursaȝ in qua erat littera deprenderet sacerdos cu
riositate ductus bursam aperuit ⁊ legens scelus abhor
ruit ⁊ radens subtiliter ubi dicebat̄ puerum hunc neca/
bis scripsit. Filiam nostram in uxorem isti dabis· Cū/
q̄ regina istas litteras legisset· ⁊ regis sigillo munitas
uideret· ⁊ de manu imperatoris scriptas eē cognosceret
Conuocatis principibus nuptias celebrauit ⁊ suaȝ fi
liam eidem in uxorem dedit que nuptie aquisgrani ce/
lebrate sunt· Dum autem cesari conrado narraret̄ q̄ so
lemniter nuptie filie sue essent celebrate ille obstupuit ⁊
cum a duobus armigeris ⁊ duce ⁊ sacerdote ueritatem
comperisset ordinationi dei resistendum non eē uidit·
⁊· ideo pro puero mittens eum esse suum generum ap/
probauit· ⁊ post in imperio regnare instituit·

Moralizatio·

Arissimi iste impator est deus pater qui ꝓpter
peccm̄ pmi parentis iratꝰ erat ⁊ eum a padiso
expulit q̄ fugit in siluā istius mundi sed deus volēs ue
nari circa animas misit filium suū in siluam istiꝰ mū/
di quando carnem assumpsit de uirgine gloriosa ⁊ in
nocte natus. Rex qui audiuit uocem dicentem sibi. ac/
cipe accipe accipe pōt dici quilibꝫ hō. qui dēret eē rex
suipius ad seipm regendū q̄ꝫ tum ad salutem corpo/
ris ⁊ aīe sue. Vn̄ cuilibet nostꝝ dictū ē accipe ⁊c̄. Per
primū dēmus intelligere. primo ꝙ accepisti animā ad
dei similitudinem creatam. Per secunduꝫ accipe quod
accepisti corpus cum quinqꝫ sensibus ⁊ omnia quatu/
or elementa parata tibi ad ministrandū. Per terciū ac
cipe ꝙ si fideliter deo ministraueris vitam eternam ac
cipies. Carissimi attendite diligenter ad ista tria acci/
pe. Unde celum dicet tibi que est prima uox ministro
tibi lucem per diem ut uigiles. tenebras per noctem ut
penses alterno tibi tempora ut uarietates tollas. Ter/
ra dicet te porto te nutrio te pane conforto ⁊ te uino
letifico. diuersis animalibus mensam tuam repleo. Aq̄
tibi dicet. potum tibi prebeo / sordes tuas lauo. ⁊ di/
uersa genera piscium ad usum tuum ministro. Aer di
cet. Vitalem flatum tibi prebeo. ⁊ omne genus auium
tibi mitto ad tuū obsequiū. Vox admonentis ē mun/
dꝰ cuꝫ dicit. Vide homo quō amauit te q ꝓpter te fe
cit me. seruio tibi ⁊ factus sum ꝓpter te. Accipis benig
nitatem redde caritatem. vox cōminantis est cum di/
cit ignis. A me combureris. Aqua a me submergeris.
Terra a me absorbeberis. Infernus a me deglutieris.

Secunda vox quã imperator iste audiuit tribus vici bus fuit· redde redde ꝛc· quid reddere des. Prio cer/ te deo animam mundam quã deus ad suam similitu/ dinem creauit ꝛ per eius passionẽ redemit· Per secun dum redde· quid des reddere· certe diuina precepta ser uando· decimas oblationes ꝛ totũ corpus in eius ser/ uitio uoluntarie te offerendo ut possis dicere cũ psal· Reddam tibi vota q̃ distinxerunt labia mea· Per ter/ tiũ redde intelligas ꝙ deo debes reddere totum corp9 tuum ut eum diligas toto corde tota anima tota mẽte ut sis paratus ꝓ eius amore omnia patienter tolerare Secundum ẽ diliges ꝓximum tuum sicut teipm ·

Tertia vox fuge ꝛc· per primũ fuge debes intelligere ꝙ fugere debes diabolũ per opera misericordie ꝛ hu/ militatis. mundum per paupertatem carnẽ per ieiuni um ꝛ castitatẽ· per secundum fuge intelligas ut inquã tũ poteris uites peccata ꝛ propriã uoluntatem et mũ/ di uanitatem ꝛ consortiũ malorum. Per tercium fuge intelligas ꝙ fugere debes infernũ et ei9 penam per con tricionem cõfessionem ꝛ satisfactionem quia puer na tus ẽ nobis cui9 imperium super humerꝫ ei9. Puerum istũ scꝫ ihesũ xp̄m multi ꝓsequũtᷣ ꝛ ipsum quãtũ in eis est cũ cõuiciis ꝛ concupiscentiis occidũt· Sed duo ar/ migeri scꝫ potentia diuina ꝛ sua gratia a cordib9 taliũ puerũ ihesũ rapiũt· quia puer ihesus non libenter quies cit nisi in loco mundo· Puer ihesus ponitur in arbore scilicet ecclesia ubi dux bonus prelatus eum inuenit per opera meritoria ꝛ nutrit mũde sed homo miser non timens deum accipit eum in altari ꝛ tunc poterit de eo dici quod dicitur genesis ·

de Joseph. Fera pessima deuorauit filium meum id est xpm. Si vis ergo tute procedere occide leporem. s. carnem tuam id est carnales affectiones per orationem ieiunium et elemosinam. et sic extrahe cor tuum vt puer ibesus possit saluari et tecum manere et filiam tuam id est animam desponsare. Sed sepius contingit quod homo recidiuat et litteras scribit manu propria etc. Littere iste sunt cogitationes male et peruerse ad perpetrandum mala. per que puer ille a te omnino extinguatur et quandoque scribit uxori id est carni appetendo gulam luxuriam. sed sacerdos discretus scilicet confessor et predicator debet aperire sacram scripturam stilum iratum. i. malorum operum mutare per penitentiam. et tunc puer ibesus sine dubio tuam animam desponsabit. Ad quam desponsationem principes erunt uocati scilicet uirtutes cardinales et theorice. et sic poteris cum xpo regnare.

De dolo et conspiratione et cautela ipsis contraria. c. xxi

Refert iustinus quod ciues lacedemonie semel conspirauerunt contra regem suum et preualentes contra eum de ciuitate sua eum indigne expulerunt et a toto regno Accidit tunc temporis quod rex persarum eandem moliebatur destruere ciuitatem et cum magno exercitu ciuitatem obsedit. Rex autem expulsus ciuitatem suam quamuis ingratam non potuit amare. tamen misertus est eis. Cum autem explorasset et didicisset machinationem regis persarum contra ciuitatem suam lacedemoniam. cogitauit quomodo posset latenter et prudenter totam ymaginationem intimare ciuitati predicte. Acceptis tabulis scripsit in eis totam ymaginationem et vna cum hoc

informationem specialem quomō possent resistere ⁊ ci
uitatem contra eum defendere ⁊ cum totum scripsisset·
quod voluisset· superliniuit scripturam suam cera ⁊ ac
cepto nuncio fide digno direxit eas ad magnates ciui
tatis· sed tabulis receptis ⁊ diligenter inspectis · nulla
littera apparebat sed tantummodo cera plena· Questi
tio inter omnes satrapas facta est de tabulis in cōmu
ni· ut vnusquisq̧ diceret ymaginationē suā quid eēt
de tabulis faciendum· sed nō est inuentus qui eaꝝ po
tuit aperire intellectum· Accidit autem ꝙ soror predic
ti regis audita perplexitate istaꝝ litteraꝝ petiit a ma
gistratu ut posset eas uidere· quibus diligenter inspec
tis cepit calliditate feminea parum de cera: de tabulis
eleuare. Apparuitq̧ statim littera occultā· Cumq̧ plꝰ ꝺ
cera eleuasset plus de littera apparebat. sicq̧ tota cera
de lrā deposita legi poterat quicquid ibi erat scriptum
Satrape hoc uidentes gauisi sunt ualde cōsiliū lrārum
fecerunt ⁊ ciuitatem fortiter defendebant ⁊ ab omni ob
sidione liberabant.

Moralizatio·

Carissimi per istum regem deum omnipotentē intel
ligo qui expulsus fuit de ciuitate sua id est a soci
etate humana quando primi parentes nostri conspira
uerunt in paradiso ⁊ eius precepta transgressi sunt tan
q̄ꝫ qui dicerent· Nolumus hunc regnare sup nos· Hoc
autem non obstante rex dominus noster ihesus xp̄s ci
uitatem predictā. s· totū genus humanū nullo mō po
tuit non amare· Nā dilexit nos cum inimici sui essemꝰ
quia sicut dicit apostolꝰ ad Ro. u· Cum inimici eēmꝰ
reconciliati sumus deo per mortem filii eius· Rex iste

dñs noster ihesus xp̄s ꝑpendensq̄ dyabolus q̄ ē rex
sup oēs filios superbie oēs quasi īfitus machiānōib9
moliretur destruere accepit tabulas de quibus ad lrāz
dicitur exo. iii. tabulas videlicet moysi. scripsitq̄ in eis
īformationē sufficiētē cōtra demonem et machinatio/
nē eius. Sicq̄ per nuncium fidelem scz moysen ciuitati
huāni generis destinauit. Sz scriptura ista fuit sic su
perlinita quadam cera id est cerimoniis quibusdaz ita
q̄ moralia legis non potuerunt plane ⁊ aperte legi ab
vnoquoq̄ tempore legis dicte. nec bene intelligi Fue/
runt ergo questiones multe inter veteres super intellec/
tum istarum tabularum. Sed certe nunq̄ aliquis inuē
tus fuit/qui istarum tabularum intellectuz aperire po
tuisset donec vna puella soror regis veniret valde prudēs
ac de nobili genere producta Domicella ista erat bea
ta virgo maria dei ⁊ hominis seq̄ benedicta ⁊ sanctifi/
cata soror etiam regis xp̄i. nam cuz ipsa esset filia regis
dauid ſm carnem. ipsa etiam est filia dei spūaliter lo/
quendo. Iuxta illud Luce. Huic erat soror nomīe ma
ria. Hec itaq̄ scz virgo maria tabulaz legis antique a
peruit intellectum. Sed quō certe delendo ceram. Sci/
tis enim q̄ veniente lumine recedit vmbra. ⁊ igne cale/
faciēte defluit cera. Modo iste ceremonie fuerunt q̄ua
si vmbra. xp̄s autem deus fuit ignis ⁊ maria mater ei9
illuminatrix in die purificationis sue sponte ⁊ humili
ter se subiecit cerimoniis legis licz non indigeret vt fili
um suū ignē diuinū in templū p̄ntaret. Necesse ergo est
⁊ fuit vmbrā recedere ⁊ cerā ipaz defluere ⁊ auferri vn̄
psal. Sicut fluit cera auferent' supercecidit ignis ⁊ non
viderunt solem. Et quia in die purificationis

sue cerimonias abstulit ⁊ sic legem impleuit ⁊ nos a ser
uitute dyaboli per natiuitatē filii sui liberauit ⁊ ad ui
tam eternam deduxit. Ad quā nos perducat.

Timor mundanus

Ca. xxii.

Narrat Augustinus quādo egipcii olim uolebāt deificare ysedem ⁊ serapem isto modo processerūt Primo legem statuerunt quicunqʒ eos diceret eē homines. vel aliquis de eorum genealogia narraret capite plecteretur. Statuerunt duas ymagines. Secundo ut lex predicta nullum lateret in omni templo ubi eorum ymagines colebantur iuxta eos ponebatur unum paruum ydolum habens digitum suum labiis applicatuʒ ut per hoc faceret signum silentii ingredientibus ista tēpla ⁊ sic ueritas ab omnibus taceretur.

Moralizatio.

Karissimi reuera ista faciunt homines mundani tenebrosi oppressores ueritatis ⁊ subuersores ecclesiastici status. quando uolunt deificare ⁊ glorificare semetipsos vel alios consimiles. ponūt statim quoddaʒ ydolum coram oculis prelatorum faciens signum silēcii. ita videlicet ut nullus audeat eos arguere. nec de eorum factis exprimere veritatem. sed magis eorum errores dissimulare uel potius magnificare ut sic propter defectum contradictionis uideantur apud populū esse iusti. Et certe istud ydolum ē timor mundanus propter quē nullus audet dicere ueritatem. nec mori propter veritatem. nec minimam persecutioneʒ sustinere. imo propter istud ydolū illi quorum principaliter interest. pro suo grege mori. fiūt ita timidi sicut lepores. imo qd peius ē

ipi fiunt aliis ydolum silētii· q2 si ipi nō ess̄ent· ipi defē derēt veritatem ⁊ deū q̄ est ueritas pre oculis haberēt in omnibus operibus ·

De spirituali medicina· Capitu· xxiii·

Beatus augustinꝰ refert ꝙ mos antiquitus erat ꝙ corpa impatoꝝ pꝰ mortē eorum ɔburerentᷣ ⁊ ci/neres in eminentiori locō collocarentᷣ· Contigit āt ꝙ quidam moriebatᷣ· cuius cor nō potuerat ɔburi· Mi/tis āt super hoc mirantibꝰ oēs rethores ⁊ sapientes illi us prouintie citauerunt ⁊ ab eis causam inquirentibus tandē dixerūt ꝙ imperator fuit itoxicatꝰ· ⁊ propter la tens venenū accendi non poterat cor eius· tūc illi extra hentes cor de igne apposuerunt tyriacam· sicq3 venenū fugauerunt· ⁊ cum iterum cor in ignē poneretᷣ mox ī ci neres est redactum .

Moralizatio·

Karissimi sic spūaliter de hōibꝰ ueneno peccati mor talis itoxicatis impossibile ē ut eoꝝ corda igne spūs sancti accendantᷣ nisi per tyriacā· i· per ɔfessionē ⁊ ɔtritionem prius peccati macula deleatᷣ·

De suggestione dyaboli p tpalia· Capitulū. xxiiii·

De quodā mago narratᷣ qui habuit quendā or/tū pulcherrimum in quō erant tot flores redolē tes· tot fructus suaues· tot diuitie ⁊ delicie· ꝙ ualde de lectabile fuit ibi esse· hunc locum nunq3 uoluit ostēde re nisi fatuis ⁊ inimicis suis· ⁊ cum essent introducti ui derunt tot ⁊ tanta gaudia ꝙ mirabantur instātet que rebant ut in illo possent manere· Ille vero nulli ɔsenti ebat· nisi qui hereditatē eius ei concederet· Fatui uero credebāt ꝙ eēt paradisus in quo semper deberēt pma nere ei hereditatem illorum concesserunt·

Magus

vero de nocte surgebat ⁊ eos dormientes inueniebat. ⁊ occidit ⁊ sic per ortum istum quasi infinita mala perpetrauit

Moralizatio.

Karissimi magus iste cum orto suo est mundus iste cũ diuitiis suis ⁊ gloria sua. Magus dicit. quia per incantationes suas multos seducit sicut isti ioculatores faciunt. Talis ponit scutellam ⁊ nihil ponit intus interim fabulatur ⁊ trufat ⁊ ludificat circumstãtes. postea querit quid est ibi? ⁊ apparent denarii uel floreni/ Distribuit ⁊ dat circumstantibus. accipiunt gratanter ⁊ cum clauserint manus credentes se habere denarium. postea aperientes manus nihil inueniunt. Sic mundus iste multos decipit incautos ⁊ illudit ⁊ sic est de multis qui diu nihil est de re sub scutella uel disco. hoc est qui diu nihil habent. nisi ea tantum que uictui sunt necessaria modicum curant de mundo. Quod videns mũdus uolens eos decipere eleuat patellam. ⁊ ostendit quod latet id est modicum eleuat personam ⁊ exaltat. supra uite necessaria. vt ad ecclesiam vel prebendam. ⁊ tunc incipit ostendere diuitias ⁊ delicias. statim miser homo. appetit ⁊ concupiscit ea que sunt contra salutem anime sue. ⁊ dantur ei multa. ⁊ credit ille ditari. ⁊ in optimo statu esse. sed si aperiat manus eius. nihil in fine inueniet teste psalmista. Nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Studeamus ergo mundum istum spernere si desideramus ad uitam eternam peruenire. Ad quam nos perducat ⁊c.

De beneficiorum obliuione et ingratitudine. ca. xxv

Vedam domina nobilis patiebatur multas iniurias a quodam tyranno qui uastabat eius terrã Illa hoc audiens quotidie lacrimas emisit et in amaritudine est anima eius posita. Accidit a casu quod venit quidam peregrinus iuxta eam ubi manebat vidensque eius angustiam pietate motus bellum pro ea dedit eo pacto quod si in bello moreretur baculum eius et peram priuatim in camera sua custodiret ut de eo memoriam haberet et sibi grata esset. Illa uero fideliter ei concessit. Peregrinus bellum attemptans tyrannum deuicit et ipsum in bello usque ad mortem vulneratus est. Puella cum de morte eius audisset fecit quod promisit baculum et peram in cameram suam ante lectum suum pependit. Accidit quod per regna et castra fama uolabat quod ista nobilis domina omnia regna amissa recuperasset. Hec audientes tres reges ad eam venerunt cum magno apparatu ut eam visitarent et in vxorem peterent. Illa statim ornauit se et in occursum illorum ambulabat. Eosque satis honorifice recepit. intra se cogitabat. Forte isti tres reges cameram intrare proponunt erit mihi obprobrium si ante lectum meum inuenirent peregrini perã et baculum et iussit ea amoueri nec ultra ibi comparere. Sic pacti sui oblita et ingrata facta est.

Moralizatio.

Karissimi domina ista est anima humana. tyrãnus est dyabolus qui eã priuauit hereditate regni celestis per multa tempora. vnde ipsa multum dolebat. Hec mirum. quia in inferno diu posita erat dõec peregrinus

venerat scȝ xp̄s qui de celo descendit in peregrinatio/
nem istius mundi· pera eius caro mundissima ī qua la
tuit diuinitas ⁊ in qua recepit vulnera· Baculus ē lig
num crucis in quo pependit pro nobis peccatoribus.
Vnde pro anima fecit victoriam feria sexta. ut te libe
raret a pena· ⁊ ut ibi restituerent' omnia amissa· Petit
ergo instanter a te vt pro eius amore peram ⁊ baculū
custodias. hoc est ut recentem memoriam continue de
eius passione habeas infra cameram cordis tui· Tres
reges sunt dyabolus mundus ⁊ caro· qui veniunt ad
hominem suggerendo delectando consentiendo· miser
hō non premeditatus de futuris ornat se cum viciis.
⁊ ꝯcupiscentiis ⁊ occurrit eis ꝯsēcito ꝯsentit· Et sic a/
mouet memoriam xp̄i ⁊ per consequens oblitus ē dei
Studeamus ergo eius beneficia recolere. si nolum⁹ ad
eternū brauium peruenire·

De humilitate. Capitulum vicesimumsextum.

Egina quedam nobilis de seruo rustico con
cepit filium· Filius post hoc viciose ⁊ male se
hūit ī ꝯspectu principis patris sui putatiui· Priceps
uero a regina diligenter quesiuit· an filius suus eēt qui
tandē per cōfessionem regine inueniens nō eē filiū suuȝ
nolens tn̄ ꝓpter hoc eum priuari regno· Regnum suū
dedit sibi· sed sic ordinauit ꝙ pannos suos diuersi ge
neris ⁊ coloris faceret medietatem de uili pāno ⁊ aliā
de precioso pāno ut qn̄ uilem respiceret a superbia ⁊ ō
ni vicio quocunq3 retraheret'· quādo uero nobilē pan
num ne omnino deiceret' nec nimis humilē se exhiberȝ

mi sic spiritualiter caro nostra ad modū uxoris
carnalia diligens vult nos retinere ne pergamus
ad terram promissionis · quotiens peccatum mortale
committimus· Quid ergo est nobis faciendum· Certe
debemus carni dare anuluȝ oblivionis ut abstrahat᷑
a delectationibus que sunt ꝯm sensum ut sic obliviisca
tur delectationes carnales· Sed anulum memorie dēt
anima sibi retinere ut videlicet in memoria iugiter ha
beat penas infernales ⁊ novissimum vite sue ut sic caro
pctm̄ obliviscat᷑· Vñ scriptū est. Memorare novissi/
ma tua ⁊ in eternum non peccabis· Eccles. vii. Tunicā
de vili panno debemus habere· quia sumus filii rusti
ci hoc est terre· Job· vii· Putredini dixi· pater meꝰ es
unde si nobis querat᷑ quid est homo· Certe dicemꝰ ꝙ
homo est pauper debilis stultus aut rusticus. si paup
est indiget potentia· si rusticus idiget nobilitate· si stul
tus sapiencia. ꝙ pauper sis probo· Nihil habes de te·
nisi peccatum. si enim reddes ovi lanam· bovi calciamē
ta. terre segetes· nihil tecum manet nisi peccatum· Secū
do tu es debilis quia nihil boni operis potes de te·
unde homo comparatur flori· qui mane est pulcher ⁊
splendens de sero marcescit· Item fumo· psal· Sicut
deficit fumus· sic deficiant peccatores a facie dei· Itē
vanitati psal· Homo vanitati similis factus est.
Tercio tu non es sapiens· quia non cognoscis teipsuȝ
Quomodo ergo alia cognoscere potes? Quarto tu nō
es de magna parentela sed de qua dicitur Job· vii· pu
tredini dixi· pater meus es tu ⁊c· Quinto tu nō es pul
cher qꝛ cito transis ⁊ vana est pulchritudo tua Jō v
na ps pāni est caro vilissima· alia ps nobilissima· scȝ

anima. Et si ista duo secundum eorum naturam volue/
rimus observare. ad regnum eternum poterimus perue/
nire. Qd nobis &c.

De iusta remuneratione. Capitulum. xxvii.

Quidam imperator erat dives valde ac potēs qui unicam filiam habebat pulchram valde & ocu/lis hominum graciosam. quam miro modo dilexit in tantum q̄ quinq̄ milites ei pro sua custodia assigna/uit. Milites vero isti quasi continue armati incedebāt & certam prebendam singulis diebus de thesauro regis pro custodia filie accipiebant. Rex vero quendam se/nescallum & canem habebat quos multum dilexit. Ca/nis vero tribus cathenis erat ligatus quia valde crud̄/lis erat & quos poterat apprehendere occidit. Accidit semel q̄ cum rex in stratu suo iacuisset. terram sanctam visitare proposuit. Mane surrexit & senescallum ad se vocari fecit & ait ei. Terram sanctam visitare volo sub tua custodia filiam meam unicam cum militibus di/mitto & canem quem diligo precipio tibi sub pena ca/pitis q̄ nullum defectum filia mea habeat. Omnia ne/cessaria militibus secundum q̄ decet ministres Canem vero ɔtinue in cathena hēas & ei nō laute admistres. Sꝫ potiꝰ famē sustineat ut sic eiꝰ crudelitas atq̄ ferocitās āmibilet. Senescallꝰ vero oīa fideliter adimplere ꝓmi/sit. Rex vero terram sanctam adiit & senescallꝰ oīa que ꝓmisit & totū ꝑceptū i ɔtrariū egit. Nam canē de me/lioribꝰ cibariis semper pauit nec eum sicut debuit cus/todiuit puelle necessaria subtraxit & milites prebēda priuauit intantum q̄ dispersi & vagabundi per mun/dum ibant. Puella sine custodia sic

relicta plorans ⁊ eiulans ambulabat in aula sola. Ca-
nis cum eam solam uidisset tres cathenas fregit cū qui-
bus ligatus fuit ⁊ puellam occidit. de cuius morte fa-
ctus est planctus magnus in ciuitate. Rex uero cum
audisset de morte filie sue commota sunt oīa uiscera e-
ius. Senascallū ad se uocari fecit ⁊ cur filiā suā sine cu-
stodia dimisit ⁊ milites sine prebenda ⁊ canē contra p̄-
ceptum eius pauit diligenter inquisiuit. Ille uero ob-
mutuit. nec aliquid pro eius excusatione allegauit.
Rex uero tortoribus p̄cepit ut ligatis pedib9 ⁊ mani-
b9 eū in fornacē ardentem proicerent. Omnes regem
laudauerunt qui tale iudicium dedit.

Karissimi imperator iste ē dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s. Filia
tam pulchra anima ad dei similitudinem creata.
Pro cuius custodia quinq3 milites id est quinq3 sens9
ordinauit ut continue bonis operibus essent armati ⁊
prebendam gratie dei reciperent. Canis uero est caro
misera que die ac nocte nitit' spiritum perturbare ⁊ a-
nimam occidere Unde de necessitate requiritur ꝙ trib9
cathenis sit caro ꝯtinue ligata sc3 per timorem dei per
eius amorem ⁊ pudorem peccandi. Propter timorem
quia deus est iustus ⁊ iuste peccatorem iudicat ad pe-
nam perpetuam. Hec est cathena prima cu3 q̄ caro mi-
sera liget' ut deum offendat ⁊ salutem propriā ꝑdat
Secunda cathena est amor dei. quia hō tenet' ipsum
super omnia diligere etiam plus q̄3 seipsum ꝓpter ei9
amorē teipm̄ dēs refrenare a uiciis ⁊ ꝯcupiscētiis caue-
re. ⁊ quare dēs ipsum in tm̄ diligere. certe quia te crea-
uit te plasmauit. te ad similitudinem suā fecit te redēit
⁊ uitam eternam dabit. Tercia cathena est pudor

homini peccare in ɔspectu dei· quia oīa uidet etiā mi/
nimam cogitationē quaȝ in corde habes propter ista
tria homo debet seipsum cohibere nullo modo deum
per peccatum offendere· Senescallus est homo cui tra
didit animam cum quinqȝ sensibus ⁊ canem sibi dedit
ad regendum ut pro eis respondeat quando dñs nos
ter ihesꝰ xp̄s ad iudicium uenerit· Sȝ miser hō qui nō
diligit deum cathenas frangit· quia postponit dei ti/
morem: non curat cogitare ꝙ iusto iudicio hoīeȝ eter
naliter damnat· postponit dei amorē nō curat pēsare
q̄sta iudicia amoris ei ondit ꝙ eum de nihilo plasma
uit· ad eius similitudinē fecit eum sua ymagine diuia
decorauit. pro eo se humiliauit· naturā nr̄ām assump/
sit· proprio sanguine eū redemit/ nec pudorē peccandi
coram dño deo suo habuit. oīa in ɔtrariuȝ perpetrat
⁊ animā suā occidit· ideo cum uenerit dies iudicii· tūc
apparebit peccator. ⁊ non poterit ad obiecta respōde
re Tunc deus tradet eum tortoribꝰ infernalibꝰ sicut ip
se testatᷣ· Math· xxv· Ite maledicti in ignem eternū·
Studeamꝰ ergo ante omnia animam a peccato custo/
dire si desideramus ad eternam uitam peruenire·

De execrabili dolo uetularum· Capitulū· xxviii

Imperatrix quedaȝ erat. in cuius imperio erat q
dam miles qui nobilem uxorem ⁊ castam atqȝ ď
coram habebat· Contigit ꝙ miles ad peregrinanduȝ
perrexit· sed prius uxori dixerat· Nullum custodem
ultra te dimitto · quia satis credo· ꝙ non indiges ·
Parato comitatu abiit· uxor uero caste uiuendo do/
mi remansit· Accidit semel ꝙ precibus compulsa·

cuiusdã sue vicinie epulandi cã domum suam ingrede/
retur quo peracto ad ꝓpria remeauit· quã quidã iu/
uenis aspectam ardẽti amore cepit amare ⁊ plurimos
nuncios ad eã direxit cupiens ab illa qꝫtũ ardebat a/
mari. Quibꝰ contemptis eum penitus spreuit· Ille ve/
ro se omnino ꝯtemptum uidens adeo dolens efficit·
ꝙ infirmabatur Sepe tamen illuc ibat sed nihil ei va/
luit eo ꝙ domina per omnia eum spreuit· Accidit qua/
dam die ꝙ versus ecclesiam perrexit dolens ac tristis·
obuiam ei habuit quandam vetulã ĩ proposito sanc/
tam reputatã· que cũ iuuenem tristẽ uidissꝫ causam tã/
te tristicie ab eo quesiuit. Ait ille· Quid prodest mihi ti/
bi narrare? Ait illa· Oportet ꝙ vulnus tuum detegas· si
operã medicantis expectas Ideo ostende mihi causaꝫ
tãti doloris cũ dei adiutorio te curabo Iuuenis cũ hoc
audisset ostendit ei quomõ dominã dilexit· Ait vetu/
la· Perge cito ad domum tuam quia infra breue tẽpꝰ
te curabo· His dictis iuuenis ad domum perrexit Et
vetula ad propria remeauit Vetula ista quandam ca/
niculam habebat quã duobus diebus ieiunare coegit·
⁊ die tercia panem synapi confectum canicule ieiunãti
dedit· quem cum gustasset pre amaritudine oculi eius
lacrimabant tota die. Tunc vetula ad domum domi/
ne perrexit cum canicula quã iuuenis dilexit tantũ· ita/
tim est a domina. honorifice recepta eo ꝙ reputabat
sancta· Dum autem adinuicem sederent domina puaꝫ
caniculam lacrimantem respexit admirabatur multum
⁊ quesiuit causam· Ait vetula· O carissima amica· noli
querere quare lacrimatur· quia tantum dolorem habꝫ
ꝙ vix tibi poterit intimari· Domina

uero magis ac magis instigaret ut diceret. Cui uetula.
Hec canicula erat filia mea casta nimis ⁊ decora. quaꝫ
iuuenis quidam uehementer adamauit sed adeo casta
erat ut omnino sperneret illum amorem. Unde iuuenis
tantum dolens pre dolore mortuꝰ est. pro qua culpa
conuertit deus filiam meam in caniculaꝫ sicut tu uides
His dictis incepit uetula flere dicens. Quotiens filia
mea recolit q̄ tam pulchra puella erat ⁊ modo canicu
la. flet ⁊ cōsolari nequit. immo ad fletū excitat omnes
pre nimio dolore. Audiens hec domina intra se cogita
bat. Heu me simili modo me quidaꝫ iuuenis diligit
⁊ pro amore meo infirmatˀ. ⁊ totum processum uetule
narrauit. Vetula hec audiens ait. O carissima domina
noli amorem iuuenis spernere. ne forte ⁊ tu muteris in
caniculam sicut filia mea. quod esset damnuꝫ intolera
bile. Ait domina uetule. O bona matrona dato mihi
sanum consilium ut non sim canicula. Que ait. Cito ꝓ
illo iuuene mitte ⁊ uoluntatem suam sine ulteriori dila
tione facias. At illa. Rogo sanctitatem tuam ut tu p/
gas ad eum ⁊ tecum ducas. scandalum posset esse si a/
lius ad eum accederet. Cui uetula. Tibi compatior. li/
benter eum tibi ducam. Perrexit ⁊ iuuenem secum dux
it. ⁊ cum domina dormiuit. ⁊ sic per uetulam domina
adulteriū cōmisit.

Karissimi iste miles est xp̄us. Uxor casta ⁊ decora
anima per baptismum lota. cui dedit deꝰ liberuꝫ
arbitriū. ⁊ sue uoluntati tradidit. quādo de hoc mun/
do ad prēm ascendit. Mulier ista scilicet anima in/
uitatur ad conuiuium. quotiens inclinatur.

ad carnalē concupiscētiā. Quia conuiuium hoīs carnalis est semper in delitiis viuere. Statim iuuenis .i. mūdi vanitas eam in quātum potest allicit vt ei adhereat. Si vero non consenserit adest vetula scz dyabolus qui circuit querens quem deuoret aīaʒ scilicet principaliter quantum potest sollicitat vt peccato cōsētiat. Et quō? Certe ostendit sibi caniculā flentem. Canicula est spes longe vite et nimis de dei mīa presumere quam multi habent in tantum . quod cito ad peccatum declinantur Quia sicut canicula ista ex sinapi lacrimabat. sic spes sepius animam affligit ne ad ueritatem attingat in tantum quod homo peccato consentit. Si ergo uolumus castitatem anime seruare et mundi deceptioneʒ precauere fugiamus mundum summopere quia ōne illud quod est in mundo aut est superbia vite. Aut concupiscentia oculorum aut cōcupiscentia carnis et ideo summum remedium est illum derelinquere si uolumus premium eternum obtinere.

Notabile de iudicibus malis. Ca. xxix.

Rat quidam imperator q̄ statuit ꝓ lege quod sub pena graui qlibet iudex recte iudicaret et si contrarium faceret nullo mō misericordiam inueniret. Accidit casus quod quidam iudex muneribus corruptus falsū iudicium dedit. Impator cū hoc audisset seruis suis p̄cepit ut eū excoriarent et sic factū est. pellem eius ī loco ubi iudex sedere dēret posuit ad significandū quod ille iudex cogitaret quod āplius falsū iudiciū nō daret Rex uero filium iudicis defuncti iudicem constituit dicens ei. Sedebis sup pellē pris tui ut iudices. ꝓplm meum.

Si uero aliquis affert tibi donum

vt declines a uia recta ad pellem patris tui respicias. ne tibi hoc idem contingat.

Moralizatio.

Karissimi imperator iste ē dñs nr̄ ihūs xp̄s qui istam legē edidit. Unde Deu. Judices ⁊ magistratus ɔstitues ⁊c̄. Ipse uero recte ⁊ oī tpe nos iudicat. quia pater noster celestis totum iudicium filio dedit. Judex qui male iudicauit est quilibet homo. qui hēt seipsum quantum ad uite rectitudinem iudicare quid ⁊ quātū contra deū deliquit. Si uero aliquis uestrū sit muneribus id est malis humoribꝰ corruptꝰ. dēt excoriari id est ī oībus uiciīs suis per penitentiam denudari ut possit dicere uerbum illud iob. Pellem pro pelle. quicquid homo habet dabit pro anima sua. Pellis q̄ ponit' pro memoria in sede est xp̄i passio. quā hō dēt habere retentam in sede cordis sui. ne ɔtra deū ⁊ salutē aīe sue delinquat sicut scriptū ē. Memorare nouissima ⁊ in eternum non peccabis. xp̄s nō tm̄ pellē in sede crucis ꝓ nobis dedit. sed etiam uitam. Et ideo si ueri filii sumus eum per pctm̄ offendere non debemꝰ. Et si contingit nos labi respiciamꝰ ad crucē q̄tū pro nobis sustinuit ut emendemur cum operibꝰ mīe ⁊ per ɔsequens uitam eternam obtinebimus.

De peccato ⁊ iudicio. Capitulum tricesimum.

Rex quidā erat qui statuit pro lege q̄ uictori d' bello redeunti fieret triplex honor ⁊ tres molestie. Primus honor q̄ uictori obuiabat populus cū leticia. secūdꝰ q̄ oēs captiui currū eiꝰ ligatis māibꝰ ⁊ pedibus retro sequebant'. Tercius honor. q̄ indutꝰ tunica

Iouis sedebat i curru quē trahebant quatuor equi albi ⁊ ducebatur usq; ad capitolium. De cum his honoribus obliuisceretur sui triplicem molestiam oportebat illū sustinere. Prima. ē q cū eo ponebatur ī curru quidā seruilis ɔditiōis vt daretur spes cuilibet quātūcūq; vilis ɔditiōis peruenire ad talē hōrē si probitas mereret. Secunda molestia erat q iste seruus eū collaphizabat. ne nimis superbiret ⁊ dicebat Gnotosceauton. i. nosce teipsum ⁊ noli superbire de tanto honore. respice post te. hominem te eē memento. Tercia molestia erat. q illa die licebat cuilibet dicere in personam triumphātis quicquid vellet scʒ omnia obprobria.

Karissimi iste imperator est pater celestis. victor ī bello dñs nr̄ ihūs xp̄s qui contra dyabolū victoriam obtinuit. Unde in die palmaꝝ triplex honor ei fiebat. Primo q ei obuiauit populus. quando omnes contra iherusalem perrexerunt cum ramis palmaꝝ ⁊ vestimentis ⁊ pueri clamabant. Osanna filio dauid. Secundus honor q omnes captiui ⁊c. Isti captiui erant iudei ⁊ peccatores in peccatis ligati. qui currū humanitatis eius sequebant. videntes signa ⁊ prodigia que faciebat. Tercius honor q victor indutus erat tunica iouis. Tunica ista erat diuinitas humanitati interius coniuncta. quem trahebant quatuor equi albi. id est quatuor euangeliste. qui de eius diuinitate ⁊ humanitate loquebant. Contra istos honores triplex ei molestia fiebat. scilicet q vnus seruilis conditionis ponebatur cum eo. scilicet vnus latro pessimus. Secūda molestia erat. q serui eum collaphizabant.

Sic iudei xpo fecerunt dicentes Prophetiza nobis. Quis est q te percussit? Tercia molestia q omnia obprobria ei dicebant. Sic iudei in faciem eius expuerunt. et obprobria multa ei dixerunt.

De rigore mortis. Capitulum tricesimumprimum

Legitur de morte alexandri. cum sepultura eius fieret aurea. plurimi philosophi ad eum conuenerunt de quibus vnus dixit. Alexander ex auro fecit thesaurum. et nunc econuerso aurum ex eo fecit thesaurus. Alius dixit. Heri non sufficiebat alexandro totus mundus hodie sufficiunt ei tres uel quatuor ulne panni. Alius dixit. heri alexander populo imperabat hodie populus imperat illi. Alius dixit. Heri alexander potuit a morte multos liberare. hodie ipse iacula mortis non potuit uitare. Alius dixit. heri terram premebat hodie ab ea premitur. Alius dixit. heri alexandrum omnes timebant. hodie eum uilem omnes reputant. Alius dixit. heri alexander multos amicos habuit hodie nullum. Alius dixit. heri alexander duxit exercitum. hodie ab illis ducitur sepulture

Moralizatio.

Karissimi iste alexander potest dici quilibet diues istius mundi qui laborauit totaliter in mundanis. Aliqui magis laborant quando moriuntur circa funeralia sua cum magna pompa quam circa animam que iacet in penis. Philosophi adducti sunt doctores ac sacre scripture expositores qui dicuntur diuites huius mundi ex auro mundano. Modo diues huius mundi facit thesaurum hoc est dictum hoc tenetur de bonis mundanis ipsum i. bonis uirtutibus sicut est dare elemosinam nudum vestire etc. et sic

facit de eo quãtũ ad animã in celo thesaurizat. Itẽ dicũt Non sufficit auaro mũdꝰ quia quãto plus habet tã/ to plus cupit habere ⁊ hoc ẽ fatuitas quia mundꝰ de ficiet sibi ⁊ in morte. Sed si de õni labore duas vł tres vlnas vilis pãni obtinuerit multũ est. Item dicunt di uites dũ viuunt imparant sed post mortem qlibet pau per ei imperat ⁊ q̄diu viuit diues multos potest a mor te liberare. ⁊ tamen nullus diues q̄tumcunq̄ potens ĩ necessitate iacula mortis uitare põt. Item hõ terre do minatur sed in morte ei dominatur. quia totum corpus hominis per terram consumitur ⁊ q̄diu uiuit homo. timetur / sicut scriptum est. Facies hominis facies le onis. sed in morte uilis ab omnibus reputatur. Item q̄ diu viuit amicos habet. sed in morte omnes recedunt ⁊ ipsum solum relinquũt q̄diu homo uixit potuit mł tos secum acquirere ⁊ ducere. sed in morte ab aliis du/ citur. Unde xp̃s dixit petro. Alius cinget te ⁊ ducet quo tu non uis.

De inspiratione bona. Capitulum. xxxii.

Refert Seneca q in corporibus venenosis prop ter maliciam veneni ⁊ nimiam frigiditatem nullꝰ uermis nascitur. sed si percussa fuerint fulmine post pau cos dies uermes producunt.

Moralizatio.

Karissimi per corpus venẽosum intelligo hominẽ in peccato mortali venenatum. talis propter fri giditatem peccati vermem producere non potest. Et iõ pcutit eos deꝰ fulmine dũ talibꝰ infundit grãz quã si peccator recipere uoluerit cito cõuerti põt. ⁊ iõ sanum cõsiliũ ẽ vt cito p cõtritionẽ cõuertamur ad xp̃z Sõ no.

De iactantia. Capitulum. xxxiii.

Efert ualerius q̄ hō q̄dam noīe paanus flēs dixit filio suo ⁊ ōnib9 uicinis suis, Heu heu mihi habeo in orto meo arborē infelicē quia uxor mea p̄ma se suspendit Postmodū secūda. Mō tercia ⁊ ideo dolor ē mihi miserabilis. Ait vn9 cui nomen arius. Miror te de tātis successibus lacrimas emisisse da mihi rogo te tres surculos illius arboris quia ī tendo inter uicinos diuidere ut q̄libet arborē hēat ad uxorē suam suspendendā. ⁊ sic factū ē.

Moralizatio

mi hec arbor ē sancta crux ī qua pepēdit xp̄s Hec arbor deb3 poni in orto hominis dū aīa habet iugem memoriā3 de passiōe xp̄i In ista arbore tres vxores hominis suspēdunt̄ sc3 supbia ui/ te. concupiscētia carnis ⁊ concupiscentia oculorum hō enim datus mundo tres uxores ducit. vna est concupiscentia carnis que uocat̄ uoluptas. Alia filia mundi. q̄ uocat̄ cupiditas. Tercia filia dyaboli que uocat̄ supbia. s3 cum peccator grā dei adheret penitentie iste ux/ ores uoluntates suas nō habentes se suspendunt. cupiditas se suspendit fune elemosine. superbia fune humilitatis. voluptas se suspendit fune ieiunii ⁊ castitatis. Iste qui quesiuit surculos est bon9 xp̄ian9 q̄ toto co/ namine hoc d3 appetere ⁊ querere nō tm̄ ꝓ se s3 ꝓ ali/ is vicinis. Ille q̄ fleuit ē miser hō q̄ magis diligit carnē ⁊ ea q̄ carnis sunt q̄3 ea q̄ sunt spūs scī. Tn̄ sepi9 talis ad iformationē hōi uiri ad rectā uiā poterit duci ⁊ sic uitam eternam obtinebit.

De ponderatione uite. Capitulum. xxxiiii.

Egit᷑ de rege Alexandro qui habebat aristotelez magistrũ. de cuius doctrina multũ profecit ⁊ mul-tas uirtutes ab eo didicit. Inter cetera a magistro suo quesiuit aliqua sibi ⁊ aliis proficua dici. Ait magister Fili ausculta diligẽter ⁊ si meam doctrinã tenueris ad magnum honorem peruenies. Septem sunt que te do/cebo. Primũ est. stateram ne transilias. secundũ ignẽ cũ gladio ne foueas. tercium coronã ne carpas. quartum cor auicule ne comedas. quintum cum profectus fue/ris non redeas. sextum per uiam publicam ne ambules septimum hyrundinẽ garrulantem in domo non pmit-tas. Rex in istis septẽ miro mõ studebat. ⁊ sic ꝓfecit q̃diu uixit.

Moralizatio.

Karissimi statera ista ẽ uita humana. Duo impensꝰ sunt ingressus in mundum. ⁊ egressus de mundo ponatur ergo homo in una pensa scʒ in paupertate cũ qua ingressus est ⁊ in alia paupertate cum qua egredi-etur ⁊ inueniet ꝙ eque ponderabit. Sicut pauper igre/dit᷑. sic pauper egredit᷑. Eccle ii. Sicut egressꝰ ẽ nudus de utero matris sue sic reuertit᷑ ⁊ nihil affert secum de labore suo. Item pone in una pte statere tempus quo peccasti. ⁊ tunc quero sicut xp̃s quesiuit a patre filii in-firmantis quando ei accidit. Respondit ei pater ab ĩ-fantia ⁊c̃. ut patet ⁊ ego quero a te. quando incepisti peccare? Heu respondebis. non heri nec pridie sʒ ab in/fantia. Pone ergo tempus peccati in una parte ⁊ mi/nus ponderabit. Non ergo transilies stateram. sʒ be-ne pensa. Quomodo? Pone ad aliam tempus peni/tentie. sed nescis quamdiu possis.

penitere. Id multiplica opa penitentie ut eque ponde
rent tuis malefactis sicut dicit zacheus. Si quid aliquē
defraudaui. reddo quadruplū. Nō ergo transilias ul
tra istam stateram. hoc est non nimis cupias ultra que
sunt necessaria victui sicut legitur de vulture. Vultur
cum ceperit predam probat an totā predā possit secū
portare et cum ea uolare uel non. sed si nō. diuidit et tm̄
secum portat. q possit secum uolare et sic habet de pre
da quod sibi sufficit. Eodem modo homo deberet face
re. Multi sunt qui diuitias pro preda ponunt ut diui
tes fiāt nocte dieq laborāt aliena rapiunt. et cum ha
buerint in abscondito ponūt et per illā detinentur q ad
deum uolare non possunt. et hec est magna fatuitas. q
illis utuntur que secum portare nō possunt. Diuidatur er
go preda id ē diuitie q sibi necessarium teneat. residu
um det pauperibus. et sic poterit ad deum uolare. Se
cundum est ignem cū gladio ne foueas. i. iracundū cuz
uerbis asperis ne prouoces. Ira enim comparatur igni.
quia cū aliquid iracundo deficit statim inflāmatur. Iste
ignis non est fouendus gladio. gladius uero ē lingua
hominis que ad modū gladii materialis lata est et acu
ta ex utraq parte. psal. Lingua eorum gladius acutus.
Est enim de iracundo sicut de calce. In calce est calor
sopitus. sed si superponatur aqua statim inflammatur
et fumum exire facit. Sic est de iracundo. in quo est ira
sopita Cum autem audierit uerba aspa statim inflam
matur et fumum ire et rixas exire permittit. et ideo ignem
non debemus fouere cum gladio. Tercium est coronā ne
carpas id ē leges ciuiū ne reprehendas Ciuitas in qua

sumus est ecclesia leges huius ciuitatis sunt doctrine ec
clesie quas nullus sapiens debet reprehendere· sed hũi/
liter audire ⁊ imitari· sed ista doctrina multos habet
reprehensores quod patet ex eo ꝙ habet paucos audi
tores· ⁊ ideo nobis est necesse uerba dei audire ⁊ eius
precepta· ⁊ nobiscum firmiter retinere si intendimus ad
eternam patriam venire· Quartũ ẽ cor auicule ne cõ
edas i· nulli aduersitati temporali tristiciam odium in
uidiam in corde tuo habeas· quia prouer· xv· Sicut
uermes ligno ⁊ tinee uestimento Sic tristicia uiri nocet
cordi· Homo ergo se iungat deo per bonam uitam· et
semper habeat in corde recentem memoriaꝫ ⁊ nullũ do
lorẽ sentiet· immo plus de aduersitate gaudebit· Ibãt
apostoli gaudentes ⁊c̃. Quintum est cum profectus
fueris non redeas id est cum a statu culpe recesseris nõ
redeas ad vomitum peccati· De ista sapientia habetur
Ecclesiastici· xxi· Fili peccasti nõ adiicias ultra. Sꝫ ti/
meo ꝙ multi sunt ad modum canis· De quibꝰ loquitur
petrus· Sicut canis reuersꝰ est ad vomitum suum· Sic
peccator qui iterat vias suas malas. Item est de mul/
tis sicut de vipera· Vipera enim volens copulari cum
lampreda fugit venenum· tunc vipera in quodam lo
co venenoso euomit· ⁊ sic copulatur ei ⁊ post redit ad
venenũ· Sic multi volentes xp̃o copulari i altari euo
munt venenum dum peccata confitentur· Sed postea
redeunt ad illud· Sextum est per viam publicaꝫ ne
ambules· Via publica est via peccatoris · per quaꝫ
maior pars mundi transit· quia lata est· Mathei sep/
timo· Spaciosa ⁊ lata est via · que ducit ad

perditionem ⁊ multi sunt qui ambulant per eam. Vn/
de notandum est ꝙ alique sunt bestie que nūꝗ̄ p viā
rectā ābulant ut canes fugiāt. Sic hō qui dum ē ī mū
dō est in periculo fugere debet propter canes īfernales
qui eum sequunt᷑. sicut dicit psal. Circūdederūt me ca/
nes multi. Fugiendum est de tali uia quia ibi sunt vēa
tores dyaboli qui triplici genere venationis vtuntur
Tria enim sunt genera venationis ⁊ omnia sunt dolō
plena. Primum genus est eorum qui venāt᷑ bestias fu
gatiuas. ⁊ isti faciunt foueas ut eas capiant. Fouee is/
te sunt vsure ⁊ bona temporalia. vt mendacia falsa iu
ramenta ac deceptiones in quibus cupidi decipiuntur
Secundum genus venationis est eorum qui venantur
aues. Isti ponūt laqueos qui sunt falsi aduocati ⁊ pla
citatores ⁊ iudices per munera corrumpunt qui faciūt
leges ut capiant pauperes. Tercium genus est piscato/
rum qui ponunt retbia sua ad accipiendum omne ge/
nus humanum. Isti sunt luxuriosi. Mulieres sunt re/
tbia dyaboli per que fere de omni statu capiuntur a/
liqui. Septimum est hyrundinem garrulantem ī do
mo non permittas scʒ peccatum in corde ꝯtra qđ sem/
per murmurat consciencia sicut habet᷑ de iona. ꝙ ꝗ̄diu
erat in nauis profunditate. nō poterat esse tranquilli/
tas maris. Eodem modo ꝗ̄diu peccatum hospitatur
in corde hominis. ratione huius consurgit tempestas
magna dum contra deum murmurat cōsciētia nec tra
quillitas esse pōt. donec ionas in naui id est peccatum
in corde expellat᷑ ⁊ cessabit tempestas id est remorsus
consciencie. donec peccatum in profundo inferni sub/
mergatur. Ideo non sustineamus hyrundinem.

id est peccatum in corde sed desideremꝰ uitam eternam obtinere. Ad quã ꝛc.

De pacis reformatõe ꝛ uĩdicta eã dissipãciũ. c. xxxv

Egitˀ in gestis romanorum. ꝙ talis erat consue/tudo. ꝙ cum formari deberet aliqua pax ĩter magnos inter quos discordia erat ascendebant montem magnum ꝛ altum ꝛ ducebatˀ agnus ꝛ occidebatˀ. in conspectu eorum sanguis eius effundebatˀ in pacis reformationem. in signum ꝙ quicunqꝫ illoꝝ pacem dissiparet. de eo magna uindicta reciperetˀ. ꝛ sanguis eius ef/funderetˀ

Moralizatio.

Karissimi magni domini fuerunt deꝰ pr̃ ꝛ hõ. De deo dicit psal. Magnitudinis eiꝰ non est finis. De homine qui ad ymaginem dei factus est. psal. Oia subiecisti sub pedibꝰ eius ꝛc. Inter istos magnos erat discordia intantum ꝙ quocunqꝫ moriebantˀ ad infernum descenderunt. Postea fcã est pax magna inter deum ꝛ hominem. in cuius pacis reformatione ducebatˀ agnus scꝫ xp̃s super montem altum hoc ẽ in monte caluarie. ubi occiditˀ ꝛ effundebatur sanguis eius in signũ ꝙ quicunqꝫ eoꝝ pacem dissiparet. de eo maxima uin/dicta reciperetˀ. ꝛ sanguis eius effunderetˀ. Jõ si pactũ cum deo fregerimꝰ grauis uindicta sequetˀ. Quãtaꝫ vĩdictam credis te habere si ea que ĩ baptismo ꝓmisisti fregisti.

De cursu uite hominis. Capitulum. xxxvi.

Egitˀ de quodam rege qui ante omnia naturam hominis desiderabat scire. In cuius ĩperio erat

quidam philosophus sagax ualde · de cuius consilio comparati sunt multi. Rex cum de eo audisset nuncium ad eum direxit · ut sine ulteriore dilatione ad eum ueniret. Philosophus cum uoluntatem regis intellexisset · uenit ad regem · Ait ei rex. Magister a te sapientiam et doctrinam uolo audire. Dic mihi in principio quid est homo? Ait ille. Homo est miser toto tempore uite sue. Vide principium tuum medium et finem et inuenies · quod plenus es miseriis · Unde Job · Homo natus de muliere etc. Si respicis principium inuenies te pauperem et impotentem · Si medium inuenies mundum angustiantem et forte animam tuam condemnantem · Si finem terram te suscipientem · Et ideo mi domine rex non habeas memoriam superbiendi · Ait rex Magister quero a te quatuor questiones quas si bene solueris te ad dignitates et diuitias promouebo · Prima questio · quid est homo? Secunda · cui est similis? Tercia ubi est? Quarta · cum quibus socius est? Ait philosophus · Domine ad primam questionem respondebo · quando queris · quid est homo? Dico quod est mancipium mortis · hospes loci uiator transiens · Mancipium dicitur quia manum mortis euadere non potest · quia mors omnes labores et dies rapit et secundum quod meruit habebit premium uel supplicium · Item homo est hospes loci · quia obliuioni traditur · Item est uiator transiens siue uigilando siue dormiendo siue comedendo siue aliud faciendo semper ad mortem currit · Ideo debemus per uiam nobis prouidere de victualibus scilicet de bonis uirtutibus · Secunda questio est · cuius est homo similis? Dico quod est similis glaciei · que propter calorem cito dissoluitur. Sic homo de terra et de

elementis compaginatus per calorem infirmitatis cito dissoluitur ⁊ corrumpitur. Item similis est pomo no/ uo. quia sicut pomũ nouũ pendẽs in arbore cũ dẽt ad crementũ debitum venire modico cũ verme interius ex orto corroditᷣ ⁊ subito corruẽs inutile efficitᷣ. Sic ho mine in puericia sua crescente subito oritᷣ infirmitas in terius. ⁊ anima expellitᷣ ⁊ corpꝰ corrũpitᷣ. vñ ergo su/ pbit hõ. Tercia questio ẽ. vbi est homo? Dico ꝙ ĩ bel lo multiplici. scꝫ contra dyabolum mũdũ ⁊ carnem Quarta cũ quibꝰ sociis ẽ homo? Respõdeo ꝙ cũ sep/ tem sociis q̇ eũ ↄtinue molestãt. q sunt fames. sitis. ca lor frigus. lassitudo infirmitas. ⁊ mors Prepara ergo animam contra dyabolum mundum ⁊ carnem. quoꝝ bella id est temptationes sunt diuersa. Et ideo diuersi mode preparanda est aĩa ut eis resistat Caro enĩ tẽp tat nos per luxuriã ⁊ uoluptatem. mundus p diuitia rũ vanitatẽ. Dyabolꝰ p suꝑbie uilitatẽ. Si ergo caro te tẽptat istam adhibe medicinam hẽas ĩ memoria. ꝙ caro que te prouocat ad peccatuꝫ uertetᷣ in cineres die ⁊ tempore ignoto ⁊ anima pro eius delicto penã eter/ nam sustinebit. Sapiẽtie. ii. Extinctus cinis erit corpꝰ nostrum ⁊ sequitᷣ. Postea erit obliuio ⁊ nemo habebit memoriam operum nostrorum. Et si iste cinis erit ĩ memoria temptationem impediet. ne procedat ad ac/ tum. Si mundus te temptat per vanitatem adhibe istam medicinam Considera diligenter ipsius ingrati tudinem. ⁊ nunꝙ sibi seruiendi habebis voluntatem Nam ita ingratus est mundus. ꝙ licet per totam vi/ tam tuam illi fideliter seruias. Nihil

portare tecum te permittit nisi peccatum. Est enim de mundo sicut de perdice. Perdix habẽs pullos suos sci ens venatorem appropinquare nido. ut venatorem re trahat a pullis venit prope venatorem et fingit se non posse volare quod venator credens eẽ verũ insequitur paulatiue. Illa volat et ille post illã vadit sperãs illã capere. et sic semper facit donec elongatus ẽ a pullis et sic decipit venator quod nec perdicem nec pullos habet. sic ẽ de mundo. venator qui nido pullorum appropĩquat est bonus xpianus qui victũ et vestitũ. et alia cũ labore acquirere nitit. Sed mundus hominem nõ libenter sus tinet tali applaudit et simulat ac si sequi vellet et semper cum honore manere quod videns homo sepe ab operi bus bonis recedit. et mundi vanitatem sequitur. et tunc mundus illum ab amore dei et bonis operibus elõgat Deinde mors illũ subtrahit a seculo et manet ille miser deceptus. quia non habet mundum quem sequebatur. nec fructum bonorum operum a quibus elongat. Ec ce quomõ mundus suis seruitoribus reddit mercedẽ Et hoc est quod dicit Jacobi. ii. Totus mundus ẽ in maligno positus. Omne quod est in mundo aut ẽ sup bia vite et reliqua. Tercio si te temptauerit dyabolus. adhibe istam medicinã. Habeas in memoria xpi pas sionem per quam superbus ceditur. et non habet pote statem resistendi. vnde apostolus. Induite vos arma turam dei. vt possitis stare etc. Vnde refert Solinus. de mirabilibus mundi quod alexander equum quedã ha buit qui vocabat bucefalus. cuius erat consuetudo quod quando erat armatus et paratus ad bellum nullũ ses sorem retinebat. nisi solum alexandrum. Sed si quis

alius eum ascenderet statim proiecit eum a se. quando uero non erat armatus famuli super eu3 sedere permittebant'. Sic homo armatus xp̄i passione nullum recipit in corde nisi imperatorē deum omnipotentem. S3 si aliqua temptatio dyaboli cor suum ascendere uelit statim uirtute passionis xp̄i hab3 potestatē deiciēdi eam. Si uero careat ista armatura dei. statim pronus erit ad omnes temptationes recipiendas. Studeamus ergo bonis uirtutibus armari. ut tandem perueniam9 ad gloriā dei.

De mentis in celum erectione. Ca. xxxvii

Refert plinius q aquila in altum uolat ⁊ nidificat. cuius pullis insidiat' serpens quidam qui uocat' pernas. Qui uidens se non posse appropinquare propter altitudinem. trahit ad se uentum ⁊ uenenum emittit ut aer infectus per uenenū ad pullos deduct9 illos occidat. Sed aqua ex instinctu naturali mirabi'lem adhibet cautelam. Portat enim lapidem qui vocat' achetes ⁊ ponit in nido in illa parte que est contra uentum ⁊ iste lapis uirtute sua, uenenum expellit ne ad pullos accedat. ⁊ sic pulli saluant' ne interficiantur.

Moralizatio.

Karissimi per aquilam que ē ardui uolatus ⁊ acuti uis9 homo intelligit'. cuius uita ⁊ desideriu3 a terrenis debet leuari ut dicere possit cum apostolo. Phi. ii. Nostra conuersatio est in celis In hac altitudine conuersatiōis debemus pullos id est opera nostra bona ponere. Tunc serpens antiquus id est dyabolus querit illum occidere per appositionem alicuius

Rex quidaʒ regnauit nomine asmode⁹ qui statuit ꝙ quicunqꝫ malefactor captus eēt ⁊ coram iudice ductus. si tres ueritates posset dicere taʒ ueras cõtra quas nullus posset obiicere. quando sine omni fallacia essent. quantũcũqꝫ malefactor uitam suam obtineret cum tota sua hereditate. Accidit casus ꝙ quidã miles contra regem forefecit fugam petiit ⁊ in quadaʒ foresta latuit in qua multa mala commisit. quia ões intrantes spoliauit aut occidit. Judex cum hoc audisset insidias in circuitu foreste ordinauit eum deprehẽdit ⁊ ligatis manibus ad iudicium uenire fecit. Ait ei iudex. Carissime nosti legem? Qui ait. Etiam domine. Si debeo saluari oportet me dicere tres ueritates aliter mortẽ euadere nõ possuʒ. Ait iudex. Imple beneficium legis aut hodie morieris. At ille. Domine fac fieri silentium. quo facto ait. Domine ecce hec est prima ueritas. Vobis omnibus denuncio ꝙ toto tempore uite mee extiti malus homo. Judex hoc audiens circumstantibus ait. Est ne uerum quod ille dicit? At illi responderunt. Si non esset malefactor.

ad ista non venisset. Ait ergo iudex. Dic secundam veritatem. Qui ait Secunda ueritas est. Mihi multū displicet q in ista forma huc veni. Ait iudex. Certe credimus tibi. Dic ergo terciam veritatem et teipsum a morte saluasti. Ait ille hec est tercia veritas. Si semel potero euadere ad istum locum nunq̄ in hac forma veniā Ait iudex. Amen dico tibi satis prudenter te liberasti. vade in pace et sic saluatus est.

Moralizatio.

Karissimi imperator iste ē dn̄s noster ihesus xp̄s. qui istam legem edidit scʒ q quicūq̄ malefactor id est peccator per gratiam dei captus fuerit. et coram discreto iudice ductus id ē ofessore. dicat tres ueritates. tam ueras q demones contra euʒ non poterūt obiicere hereditatem regni celestis obtinebit. Prima ueritas est ego sum malus homo id est in tali peccato. et sic de singulis ecce confessio. Secunda ueritas est. Displicet etc. id est mihi multum displicet. q tantum deuʒ meum offendi ecce contritio. Tercia ueritas est. si semel possem euadere per viam satisfactionis nunq̄ ad peccatum redirem uoluntarie. et sic per osequens uitaʒ eternam obtinerem.

De superbia nimia et quō superbi ad humilitatē maximam sepe perueniunt satis notabile. Ca. lix.

Iouinianus imperator regnauit potens ualde. q̄ cum semel in stratu suo iacuisset exaltatum ē cor eius ultraq̄ credi potest Et in corde dixit. est ne aliqs alius deus q̄ ego. His

cogitatis somnum cepit. Mane vero surrexit ꝛ vocauit
milites suos ꝛ ait. Carissimi bonum est cibum sumere.
quia hodie volo pergere ad venandum. Illi vero pa/
rati erant eius voluntatem adimplere. Cibo sumpto
ad venandum perrexerunt. Dum vero imperator equi
tasset. calor intolerabilis eum inuasit in tantum ꝙ vid͛
bat͛ ei ꝙ moreret͛ nisi in aqua frigida balneari posset.
respexit a longe. aquam latam vidit. Dixit suis militi
bus. Hic remeatis quousqꝫ fuero balneatus. Dextrari
um cum calcaribus percussit ad aquam festinanter eq/
tabat. de equo descendit omnia vestimenta deposuit.
aquam intrauit. ꝛ tamdiu ibi remansit quousqꝫ totali
ter refrigeratus esset. Dum ibidem expectasset venit q/
dam homo ei per omnia similis in vultu ꝛ gestu ꝛ in/
duit se vestimentis eꝰ dextrarīuꝫ eius ascendit ꝛ ad mi
lites equitauit ab omnibus sicut persona imperatoris
est receptus. Finito ludo cum militibus ad palacium
perrexit. Post hoc cito iouinianus de aqua exiuit. sed
nec vestes nec equum inuenit Admirabat͛ ꝛ contristatꝰ
est valde. quia nudus erat ꝛ neminem vidit. Cogitauit
intra se. Quid faciam. Ego miserabiliter sum frustra/
tus. Tandem ad se reuersus dicebat. Hic prope manꝫ
vnus miles quem ad miliciam promoui ad eum pgāꝫ
vestes ꝛ equum acquiram. ꝛ sic ad palacium meum as/
cendam. ꝛ videbo quomodo ꝛ per quem sum confusꝰ
Iouinianus totaliter nudus ad castrum militis perre
xit. ad ianuam pulsauit. Ianitor autem causam pulsa
tionis quesiuit. Ait Iouinianus. Ianuam aperite.
ꝛ qualis sum videte. Ille vero iamiam aperuit. Et
cum eum vidisset obstupuit. ꝛ ait. Qualis

es tu? Ait ille. Iouinian⁹ sum imperator. Vade ad do-
minum tuū ⁊ dic ei ut mihi uestes accommodet. quia
uestes ⁊ equum perdidi. Qui ait. Mentiris pessime ri-
balde. Iam ante aduentū tuū dominus imperator io-
uinianus ad palacium suum cum militibus suis transi-
uit ⁊ dominus meus secum perrexit ⁊ rediit ⁊ iam ī mē-
sa sedet. Sed quia imperatorem te nominasti domino
meo nunciabo. Ianitor intrauit. ⁊ dn̄o suo uerba ei⁹
retulit. Ille hec audiens precepit ut introduceret͛. Mi-
les cum eum uidisset noticiam eius non habebat. Sed
imperator peroptime eum cognouit. Ait ei miles. Dic
mihi qualis es ⁊ quod est nomen tuum? Qui respōdit
Ego sum imperator iouinianus ⁊ ego te ad miliciam
promoui tali tempore. Ait ille. O ribalde pessime qua
audacia audes teipsum imperatorem nominare. Iam
dn̄s meus imperator ante te ad palacium equitauit. et
ego per uiam eius associatus erā ⁊ iā sum reuers⁹. ⁊ qꝛ
teipsum imperatorē nominasti impune non transibis
Fecit eum egregie uerberari ⁊ postea expelli. Ille vero
sic flagellatus ⁊ expulsus fleuit amare ⁊ ait. O de⁹ me-
us. quid hoc esse poterit ꝙ miles quem ad miliciam ꝓ-
moui noticiam mei non habet. ⁊ cum hoc grauiter me
flagellauit. Cogitauit autem apud se. hic ꝓpe ē quidā
dux consiliari⁹ me⁹ ad eum pergam ⁊ necessitatē ei of-
tendam per quem potero indui ⁊ ad palacium meum
reuerti. Cum uero ad ianuam ducis uenisset pulsauit.
Ianitor audiens pulsationem ianuam aperuit. ⁊ cum
hominem nudum uidisset admirabat͛ ⁊ aiebat. Carissi-
me qualis es tu? ⁊ quare sic totaliter nudus venisti?
Et ille ego sum imperator. a casu equum ⁊ vestimēta

perdidi. Et ideo ad ducem veni ut mihi in hac necessi/
tate succurrat. Ideo te rogo ut negocium meum coram
domino tuo facias. Janitor cum uerba eius audisset.
mirabatur aulam intrauit et domino suo omnia retulit.
Ait dux. introducatur. Cum introductus fuisset nullus
noticiam eius habebat. Et dux ait ad illum. Qualis
es tu? Et ille. Imperator ego sum et te ad diuitias et bo
nores promoui quando te ducem feci et consiliarium
meum te constitui. Ait dux insane miser perrexi parum
ante te cum domino meo imperatore versus palacium et
reuersus sum. Et quia talem honorem tibi appropriasti
impune non transibis Fecit eum in carcerem recludi et
pane et aqua sustentari Deinde ex carcere retraxit et egre
gie uerberari et a tota terra post hoc eiici fecit. Ille sic e
iectus ultraque credi poterit gemitus et suspiria emitte/
bat et intra se dixit. Heu mihi quid faciam. quia factus
sum obprobrium et abiectio plebis. Melius est mihi
ad palacium meum pergere. et mei de palacio meo no/
ticiam habebunt. saltem si non uxor mea noticiam me
am habebit per certa signa. Solus ad palacium acces/
cit ad ianuam pulsauit. Audita pulsatione ianitor ia/
nuam aperuit. quem cum uidisset dixit. Dic mihi qua
lis es tu. Et ille. Miror de te. quia non nouisti me. qui
per tot tempora mecum fuisti. Qui ait. Tu mentiris.
Cum domino imperatore diu steti. Et ille ego sum ille
Et si dictis non credis. Rogo te dei amore ut ad im/
peratricem accedas et per ista signa illa mihi uestes im
periales per te mittat. quia a casu perdidi omnia.
Ista signa que per te ei mitto. nullus

nisi nos duo nouit sub celo· Ait ianitor· Non dubito quin insanus sis· quia iam dominus meus imperator in mensa sedet ⁊ iuxta eam imperatrix· Uerum tamen· ex quo dicis te imperatorem esse· imperatrici intimabo ⁊ certus sum ꝙ grauiter punieris· Janitor ad imperatricem perrexit ⁊ omnia audita ei intimauit· Jlla non modicum contristata ad dominum suum conuersa est ⁊ ait· O domine mi· audite mirabilia·signa priuata inter nos sepius acta vnus ribaldus in porta mihi per ianitorem recitat· Et cum hoc dicit se imperatorem· ⁊ dominum meum esse· Jpse cum hoc audisset precepit ianitori· ut introduceretur in conspectu omnium Qui cum taliter nudus introductus fuisset·canis quidam qui ante eum multum dilexerat· ad guttur suum saltabat·ut eum occideret· Sed per familiam impeditus est·sic ꝙ nullum ab eo recepit malum· Jtem quemdam falconem habebat in pertica·qui cum eum uidisset ligaturam fregit·⁊ extra aulam uolauit· Ait imperator omnibus in aula sedentibus· Carissimi audite uerba mea que de isto ribaldo dicam· Dic mihi· qualis es tu·⁊ ob quam causam venisti· At ille· O domine ista est mirabilis questio· Jmperator sum ⁊ dominus istius loci· Ait imperator omnibus sedentibus in mensa ⁊ circumstantibus· Dicite mihi per iuramentum uestrum quod mihi fecistis· quis nostrum imperator est ⁊ dominus· At illi· O domine leuiter respondemus per iuramentum quod vobis fecimus· Jstum ribaldum nunquam vidimus· Sed vos estis dominus

noster ⁊ imperator· quem a iuuentute nouimus· Et ideo rogamus vna uoce vt puniatur·ut omnes exemplum ab eo capiant. ⁊ de tali presumptione non attemptent· Imperator ille conuersus ad imperatricē ait· Dic domina mihi per fidem quam teneris nosti tu istum hominem qui se dicit imperatorem · ⁊ dominum tuum esse? At illa · O bone domine cur talia a me queris Domine plus q̄ triginta annis ī societate tua steti ⁊ prolem per te genui · Sed vnum est quod de te miror· quo modo iste ribaldus peruenit ad nostra secreta inter nos perpetrata · Imperator ille dixit illi qui introductus fuerat · Carissime quare ausus fuisti teipsum imperatorem nominare· Damus pro iudicō vt ad caudam equi hodie sis tractus· Et si iterum sis ausus hoc dicere· te condemnabo morte turpissima · Vocauit satellites suos ⁊ ait · Ite ⁊ istum ad caudas equi trahite· Sed nolite eum occidere· Et sic factum est · Post hec uero vltraq̄ credi potest commota sunt omnia interiora eius · Et quasi de seipso desperatus dicebat · Pereat dies in qua natus sum . Amici mei a me recesserunt · Vxor mea ⁊ filii mei nō nouerunt me· Dum hoc dixisset cogitabat · Hic prope manet confessor meus· pergam ad ipsum· forte ipse noticiam meam habebit · quia sepius confessionem meam audiuit· Perrexit ad heremitam ad fenestraꝫ cellule sue pulsauit· At ille· Quis ibi? At ille· Ego sum imperator Iouinianus / fenestram aperias. vt tecum loqui possum . Ille uero heremita

cum uocem eius audisset fenestram aperuit· cum eu; ui
disset cum impetu fenestram clausit ⁊ ait. Discede a me
maledicte· tu non es imperator· sed dyabolus in for/
ma hominis· Ille hoc audiens ad terra; pre dolore ce
cidit· crines capitis ac barbe dilacerauit ⁊ dixit· Heu
mihi· quid faciam ego· His dictis recordatus fuit ꝙ
in stratu suo exaltatum fuit cor eius dicens· Est ne de
us alter preter me· statim ad fenestram heremite pulsa/
bat ⁊ dixit· Amore illius qui pependit in cruce confes/
sionem meam audito fenestra clausa· At ille· Mihi be
ne placet· Qui de tota uita sua cum lacrimis multis est
confessus ⁊ precipue quomodo contra deum se erexit
dicens· ꝙ non credidit alium deum esse ꝗ̄ seipsum·
Facta autem confessione ⁊ absolutione accepta· here/
mita fenestram eius aperuit ⁊ noticiam eius habebat·
⁊ ait· Benedictus altissimus· iam noui te· paucas
uestes hic habeo induas te· ⁊ ad palacium perge· ⁊ ut
spero noticiam tuam habebunt· Imperator induit
se· ⁊ ad palacium suum perrexit ad ianuam pulsauit·
Janitor ostium aperuit ⁊ eum satis honorifice recepit
At ille· Nunquid noticiam meam habes? Qui ait·
Etiam domine peroptime· Sed admiror ꝙ per totū
diem hic steti· ⁊ vos exire non vidi· Ille vero au/
lam intrauit· omnes eum videntes capita inclinabant·
Alius imperator erat cum domina· Quidam miles
exiens de camera· eum intime aspexit· post hec in ca/
meram est reuersus ⁊ ait· Domine mi· est quidam in
aula· cui omnes capita inclinant ⁊ honorem faciunt·
qui vobis in omnibus omnimode assimilatur· intm̄

q̄ quis uestrum ē imperator penitus ignoro· Impera/
tor ille hec audiens ait imperatrici· Exeas ⁊ videas· si
eius noticiam habeas· Illa vero foras perrexit ⁊ cū eū
uidisset admirabat᷑ statim cameram intrauit ⁊ ait· O
domine vobis vnum denuncio· q̄ quis uestrum ē do/
minus meus penitus ignoro· At ille· Ex quo sic est᷑ fo/
ris pergam ⁊ veritatem excuciam· Cum autem aulā in/
trasset eum per manum cepit ⁊ iuxta euȝ stare fecit· uo/
cauit omnes nobiles in aula existentes cum imperatri/
ce ⁊ ait· Per iuramentum quod mihi fecistis dicite q̄s
nostrum est imperator? Imperatrix primo respondit.
Domine mi mihi incumbit primo respondere testis est
mihi deus in celis· quis uestrum est dominus meus pe/
nitus ignoro· ⁊ sic omnes dixerunt· At ille· Carissimi
audite me· Iste homo est imperator uester ⁊ dominus
Nam aliquo tempore contra deum se erexit ꝓpter q̄d
peccatum deus eum flagellauit ⁊ hominum noticia ab
eo recessit quousq̧ satisfactionem deo fecerit· Ego suȝ
angelus eius custos anime sue qui imperium custodi/
ui q̄diu fuit in penitencia iam eius penitencia est ꝯple/
ta· ⁊ pro peccatis satisfecit· ammodo ei sitis obedien/
tes ad deū uos recōmendō· statim ab oculis eoꝝ dis/
paruit· Imperator uero deo grās reddidit· ⁊ toto tē/
pore uite sue in bona pace uixit ⁊ spūm deo reddidit·

Moralizatio.

Carissimi iste imperator potest dici quilibet ho/
mo totaliter mundo datus· Qui propter diuiti/
as ⁊ honores in superbiam cordis erigitur· Sicut
alter Nabuchodonosor. qui diuinis preceptis

non obediuit uocat milites·i·sensus·pergit ad uenan/
dum mundi uanitates· Interim calor intolerabilis id
est temptatio dyabolica eum arripit q̄ quiescere non
potest quousq; in aquis mundanis sit totaliter refrige
ratus· Ista refrigeratio est in detrimentum anime· Et
sic milites id ē sensus sine custodia hominem dimittūt
quotienscunq; in aqua mundana balneari intendit·
Sed de equo primo descendit·id ē a fide errat· quia ī
baptismo firmiter deo promisit adherere·⁊ pōpis dy
aboli abrenunciare· Sʒ q̄ꝫ cito totaliter se in aquis mū
danis inuoluit fidem frāgit ⁊ hoc ē de equo descende
re· Deinde deposuit uestes·i. uirtutes quas ī baptismo
recepit. ⁊ sic nudus miser in mundi uanitatibꝰ iacet·
Quid ergo est faciendum? Certe ut alius scʒ prelatꝰ· q
fidem ⁊ uirtutes habet custodire· hoc est uestimenta re
cipere· Quia prelato datᷣ potestas soluendi peccatorē
quotiens puro corde ad deum se conuertit· Iouinia/
nus cū de aqua exiuit ⁊c· Sic miser homo cū de aqua
mundana per dei gratiam intendit exire· nullam uirtu
tem inueniet·quia omnes per peccatum perdidit· ergo
habet materiam dolendi· Quomō ergo debēt uirtutes
recuperari? Certe ad domum militis primo debet per/
gere· Miles iste est ratio que habet te flagellare·q̄ꝛ ra/
tio dictat q̄ quantum contra deum perpetrasti in cor
de tuo·hoc emendes· Et ideo non poteris teipsum di/
cere imperatorem id est xp̄ianum · quia opera xp̄iani
per peccatum perdidisti· Ratio ergo te expellit ab om
ni uicio· Quid ergo ē faciendū? Pergas ad castrū du/
cis·s·ad ꝯscientiā tuā propriam que contra te grauiter

murmurauit donec reconciliatus fueris deo· immo in carcerem te ponit hoc est in perplexitate magna· quomodo ⁊ per quam viam deo placere poteris· ⁊ vulnera ab eo recipere id est cordis compunctionem. per que sanguis id est peccatum exeat· Deinde ad palaciuȝ cordis tui pulsare id est intime cogitare. quomodo ⁊ qua de causa contra deum deliquisti· Janitor id est voluntas que est libera· ostium cordis tui habet aperire ⁊ te ducere ad primum statum quem in baptismo recepisti canis qui saltat ut te occidat ⁊c· est caro tua propria· per quam homo sepius occidit nisi deus impediret Et falco in pertica extra fenestram uolat ⁊c· id est potentia diuina non tecum manebit· quamdiu in mala uita iaces· nec uxor id est anima noticiam habebit tue salutis. Quid ergo est faciendum? Certe ut sis tractus ad caudam equi Trahi ad caudaȝ equi nihil aliud est quam a principio uite usque ad presens quid ⁊ quantum fecisti cum dolere ⁊ satisfactionem perpetrare· Deinde postquam ista feceris· perge ad heremitam id est discretum confessorem in foresta sancte ecclesie· Et de omnibus quibus contra deum deliquisti pure confitearis· clausa fenestra· id est priuate non ad laudem hominum· sed ad tuum solamen· ⁊ statiȝ deus ⁊ omnes angeli noticiam tuam habebunt· Deinde facta confessione vestimentis id est bonis uirtutibus poteris indui· ⁊ ad palacium cordis tui secrete accedere· omnes sensus tui cum uxore id est anima noticiam habebunt· quia uerus imperator id est bonus xpianus factus es· ⁊ per consequens vitam eternam obtinebis. Ad quam nos perducat· ⁊c·

Uidam rex erat qui filiam vnicam pulchram et graciosam nomine rosimundam habebat. Puella ista cum ad etatem deuenisset. erat tam abilis in currendo quod citius ad terminum peruenerat antequam aliquis eam tangere posset. Rex per totum regnum proclamari fecerat. quod quicunque cum filia sua volebat currere ꝛ ad finem termini ante eam perueniret. ipsam in vxorem haberet. ꝛ totum regnum post eius decessum. Si vero hoc aliquis attemptaret ꝛ in cursu deficeret. caput amitteret. Facta proclamatione. quasi infiniti se obtulerunt cum ea currere. Et quotquot cum ea currebant omnes deficiebant ꝛ capita amiserunt. Erat tunc quidam in ciuitate pauper nomine abibas qui intra se cogitabat. Pauper ego sum ꝛ de vili sanguine progenitus. si per aliquam viam possem istam puellam deuincere. non tantum ego promotus essem. sed ꝛ omnes de meo sanguine. Prouidebat sibi de tribus cautelis scilicet de serto rosarum. quia illud puelle appetunt. Secundo de zona serica. quam puelle libenter optant. Tercio de loculo serico ꝛ infra loculum pila quedam erat deaurata. super pilam descriptio talis. Qui mecum ludit nunquam de ludo saciabitur. hec tria in sinu suo posuit. Ad palacium perrexit. pulsauit. Adest ianitor. ꝛ causam pulsacionis petebat. Qui ait. Paratus sum cum puella currere. Illa cum hoc audisset quandam fenestram aperuit ꝛ cum eum vidisset in corde suo despexit ꝛ ait. Ecce quam reprobus est cum quo currere debeo. Tamen non poterat contradicere. ad currendum se preparauit

Ambo adinuicem currebant. Cito puella ad magnam distantiam ante eū cucurrit. Abibas cum hoc uidisset sertum rosarū ante eam proiecit. Viso serto puella inclinauit se ⁊ sertum leuauit ⁊ in capite posuit. Tantū in serto delectabatur ⁊ expectabat qꝫ abibas ante eam cucurrit. Puella cum hoc uidisset/ait in corde suo. Nunquā filia patris mei cum tali ribaldo debet copulari. statim sertum proiecit in quandam foueam profūdam ⁊ post eum cucurrit et apprehendit. Quem cum apprehendisset alapam dedit ei dicens. Siste gradum miser. non decet ut filius patris tui in uxorē me ducat statim ante eum cucurrit. Abibas cum hoc uidisset ante eam zonam de serico proiecit. Quam cum uidisset inclinauit se ⁊ eam leuauit succinxit ⁊ tantum de ea delectabatur qꝫ ibidem moram traxit et iterum abibas longe ante eam cucurrit. Puella cum hoc uidisset fleuit amare ⁊ zonam accepit ⁊ in tres partes fregit post eum cucurrit ⁊ apprehendit. Quem cum apprehendissꝫ manum leuauit ⁊ ei alapam dedit dicens. O miser me ī uxorem non habebis statim ante eum longe cucurrit.

Abibas cum hoc vidisset expectabat quousqꝫ ipsa prope esset. Hoc facto loculū de serico ante eam ꝓiecit. viso loculo inclinauit se et loculū leuauit. aperuit pilam deauratam intus inuenit superscriptionem legit qui mecum ludit nunquā ludo satiabitur incepit tantum et tamdiu ludere cum pila qꝫ abibas citius ad finē peruenit ⁊ eam in uxorem obtinuit.

Moralizatio.

Karissimi iste imperator est dominus noster ihesus xp̄s filia pulchra anima ad dei similitudinem creata que

velociter in bonis operibus currit q diu i puritate ui
te manet intantum q eam peccatum mortale vincere n
potest. Clamor factus est rc. Clamor iste nihil est aliud
q q homo se defendat et protegat contra dyabolum
mundum et carnem. Et si bellum contra ista tria aggre
dit et victoriam obtinuerit tunc peccata mortalia suc
cumbunt et hoc est capita amittere. Abibas est dyabo
lus qui cum viderit hominem superasse per opera mi
sericordie providet sibi de tribus cautelis. sc3 de serto
Sertum istud est superbia. Quia sicut sertum non po/
nit nisi super caput ut ab hominibus videat. Sic su/
perbus semper videri vult. Et ideo dicit Augustinus.
Cum supbum videris filiu dyaboli ee non dubites.
Cum igit homo unt serto supbie statim currit dyabo
lus an eum. Quid ergo e faciendu? Certe ut sertum sup/
bie proiiciat in foveam humilitatis et sic dabis dyabo
lo alapam et eum dimittes. Post hec puella se inclina/
vit et zonam levavit et aspexit. zona ista est luxuria qua
dyabolus proiicit ante hominem. Cum tamen contra
tales dicat Gre. Succingite lumbos vestros in castita/
te. Si ergo succingis te zona luxurie. statim dyabolus
ante te currit de bona vita tua te impedit. quid ergo
est faciendum? Certe vt zona luxurie in tres partes fra
gatur sc3 in orationem ieiunium et elemosinam. et sic per
consequens dyabolum vinces. Post hec dyabolus lo/
culum ante hominem proiicit. Scias q loculus habz
duas cordas ad aperiendum. Cor vero est loculus
quod debet esse clausum inferius quantum ad terrena
et superius apertum quantum ad celestia ad gratiam
suscipiendam. Due corde q claudunt sunt timor dei

ꝯ pena eterna per q̄ duo cor hominis clauditur ne in/
tret peccatum. Pila ĩ loculo sepius inuenitur in cordi/
bus nostris scilicet auaricia aut cupiditas. Quia sicut
pila mouetur ad omnē differentiam posicionis sic et
auarꝰ mouetur in terra mouetur in mari nō cessat pes
eius currere nec cogitare quomō et per quā viam bo/
na mūdana poterit acquirere. Superscriptio ē qui me
cū ludit id ē qui cū cupiditate ĩcipit vitam ducere vix
aut nūq̄ poterit sustinere. Sicut dicit seneca Cum om
nia peccata senescunt sola cupiditas iuuenescit. Jdeo
timendum ē de aliquibus qui tantum cum pila ludūt
cupiditatis ꝙ dyabolꝰ eos occupabit. Quia sicut di
cit apostolꝰ Radix ōnium malorū est cupiditas Stu
deamus ergo uitam nostram sic dirigere ut vitā eter/
nam ualeamus attingere.

De premeditatione semper habēda. Ca. lxi.

C Laudius regnauit qui unicā filiā habebat gra/
tiosam ꝯ decoram ualde qui cum semel in stratu suo
iacuisset intime de filia sua cogitabat quomodo eam
promouere posset. Ait intra se. Si eam in uxorem di
uiti stulto tradidero filiam meam perdā Si uero pau
peri sapienti per eius sapienciam et necessaria large ac
quireret. Erat tunc in ciuitate quidam philosophus
nomine socrates quē rex dilexerat vocauit eum ꝯ ait.
carissime nunquid tibi placet filiam meā in uxorē ac
cipere. Et ille Etiam domine peroptime. Et ille Ex
quo ita est dabo tibi eam et sub illa conditione ꝙ si
moriatur filia in tua societate uitam tuam amittes.
Eligas ergo eam accipere uel dimittere

Et ille. Mibi bene placet eam accipere sub ista oditi/
one. Rex nuptias celebrauit cum magna solemnitate
Per quedam tempora uitam duxerunt in quiete ⁊ sanc
titate perfecta post hoc uxor socratis usqꝫ ad mortem
infirmabatur. Hec audiens socrates contristatus est
ualde. Quandam forestam intrauit/ fleuit amare. Dū
sic esset in dolore/ rex alexander in eadem foresta uena
batur. Miles quidam regis alexandri socratē uidit.
ad eum equitabat ⁊ ait ei. karissime cuius homo es?
Et ille. Homo talis domini sum ego/ qui seruus do/
mini mei est dominus domini tui. Ait miles. Non est
maior domino meo in toto mundo. Sed ex quo talia
dicis/ ducam te ad dominum meum et audiemus quis
est dominus tuus de quo tot ⁊ tanta presumis. Cum
autem coram rege alexandro ductus fuisset. ait ei rex.
carissime quis ē dominus tuus/ de quo talia dicis ꝙ
seruus eius ē dominus meus? Ait ille. Dominꝰ me/
us est ratio. seruus eius uoluntas. Sic est ergo ꝙ tu ꝑ
uoluntatem tuam regnum tuum ⁊ non per rationē huc
usqꝫ gubernasti. Ideo seruus domini mei hoc est uo/
luntas est dominus tuus. Audiens hec alexander ait
Carissime prudenter respondisti. uade in pace. Ab
illa die cepit rex regnum suum ratione gubernare. ⁊ nō
uoluntate. Socrates uero solus forestam intrauit.
⁊ fleuit amare pro sua coniuge. Senex quidam ue/
nit ad eum ⁊ ait. O bone magister ob quam rem af/
fligitur anima tua? Et ille. Filia regis sub tali con/
ditione desponsaui. ꝙ quocunqꝫ tempore ipsa in soci
etate mea moriatur. ego uitam meam amitto. Et

sam ad morte infirmatur Et hec e causa doloris mei Ait senex. Fac consilium meum et post factum no pe/nitebis. Uxor tua e de sanguine regum. cu rex minut9 fuerit. Uxor tua pectus et ubera liniat. de sanguine patris sui deinde i ista foresta tres herbas inuenies de una ei potione facies. de aliis duab9 unu emplastrum ubi dolorem sentit et si istam doctrinam impleuerit sani tatem perfectam inueniet. Socrates omnia impleuit et uxor ab omni infirmitate conualuit. Rex uero cum au/disset quod socrates tam sollicite pro infirmitate filie sue laborabat eum ad magnas diuitias et honores pro/mouit.

Moralizacio presentis hystorie

Kmi iste rex est domin9 noster ihesus xpus Fi/lia tam pulcra anima ad dei similitudinem cre/ata. Istam puellam no diuiti sed pauperi socrati id e homini quod sit pauper ecce iob .ix. Nud9 egressus sum de utero matris mee etc. sed carissimi scire debetis quod sub tali codicione dedit dominus noster ihesus xps homi ni animam ut si in eius societate moreretur per pecca/tum mortale uitam suam scilicet eternam amitteret Si er/go anima tua i infirmitatem per peccatum cecidit fac sicut fecit socrates intra forestam .i. sanctam ecclesiam in qua inuenies senem id e discretum confessore de cu/ius consilio sanari poteris. Alexander qui uenatus e. est homo mundanus qui potius regulatur uoluntate. quam racione. Sed per sacram doctrinam emendatur Et si per peccatum infectus es. primo linias pectus tu um cum sanguine. id est recentem memoriam de Cristi passione habeas in corde. Deinde

collige tres herbas scʒ. confessionem contritionem ꝛ sa tisfactionem. de prima facias potionem id ē de pecca tis semper dolere. de aliis emplastrum id est penitenti tiam. ꝛ sic per consequens ad diuitias uite eterne pro/ moueri poteris. Ad quam nos perducat ihūs xp̄s. q̄ uiuit ꝛ regnat ꝛc.

De pulchritudine fidelis anime. Capitulum. lxii.

Alius regnauit prudēs ualde. In cuius regno mu lier quedam erat nomine florentina miro modo pulchra ꝛ gratiosa. Unde tanta pulchritudo erat ī ea ꝙ tres reges eam obsidebant. ꝛ a quolibet rege uiola/ ta erat. Post hec inter reges propter nimium amorem commissum est bellum. ꝛ quasi infiniti homines ex om ni parte occubuerunt. Satrape imperii hec audientes. omnes ad regem uenerunt dicentes. Domine. illa florē tina in regno tuo est tam pulchra. ꝙ quasi īfiniti quo/ tidie pro eius amore occiduntur. Et nisi citius reme/ dium apponatur. quotquot sunt in regno peribunt. Audiens hec rex litteras scribi fecerat anulo suo signa tas. ꝙ sine ulteriori dilatione illa ad eum ueniret. Preco cum litteris ad eam perrexit. ꝛ anteꝙ̄ ad eam p uenit defuncta est. Redit preco. de morte florentine regi nunciauit. Rex contristatus est ualde. ꝙ eam ui/ dere non poterat in sua pulchritudine. Omnes picto/ res regni ad eum conuocari fecit. Cū autem uenissent ait rex. Carissimi hec est causa quare ꝓ uobis misi. Erat quedā mulier nomine florentina in tāta pulchri/ tudine. ꝙ quasi infiniti occubuerunt pro eius amore. Defuncta ē ꝛ eā nō uidi. Ite ergo ꝛ cū oī idustria urā.

ymaginem eius depingite cũ sua pulchritudine p quã
potero discernere quomõ tot occubuerunt pro eius a
more. At illi. Domine rem difficilem vos queritis Tã
ta erat in ea pulcritudo ⁊ decencia q̄ omnes pictores
orbis ymaginem eius nõ depingerent q̄tum ad õnia
Excepto vno pictore qui latet in montib9 Ille solus
est ⁊ non alius qui voluntatẽ vestram adimplere po
terit. Hec audiens rex pro illo pictore destinauit. qui
cum ad eum venisset ait ei. Carissime de tua industria ĩ
formati sumus. Ite ⁊ ymaginem florentine per om/
nia depingite in sua pulchritudine. ⁊ condignam mer/
cedem dabo tibi. At ille. Rem difficilem queritis Verũ
tamen mihi concede vt in conspectu meo omnes pul/
chras mulieres totius regni. saltẽ per vnã horã habeã
⁊ faciam quod vobis placebit. Rex uero fecit omnes
conuocari ⁊ in conspectu eius stare. Pictor quatuor
pulchriores ex eis elegit ⁊ alias licenciauit ut ad patri
am suam redirent. Pictor ille cum rubeo colore yma/
ginem eius incepit depingere. ⁊ que illarũ quatuor mu
lierum habebat magis faciem graciosam aut nasum. ⁊
de ceteris membris hoc in ymagine posuit. Ita q̄
ex qualibet aliquam partem accepit ⁊ ymaginem cõ/
pleuit. Cum uero completa fuisset ymago venit rex
vt eam videret Quam cum vidisset ait. O florentina
si vixisses ultra omnes istum pictorem deberes diligerẽ
qui depinxit te in tanta pulchritudine.

Moralizatio.

Arissimi rex iste est pater celestis. Florentina tam pulchra est anima ad dei similitudinem creata. Tres reges. dyabolus mundus et caro. Per istos tres reges anima propter peccatum primi parentis erat obsessa et a quolibet violata unde tot occubuerunt per peccatum. quod omnes ante adventum xpi ad infernum descenderunt. Hoc videntes satrape hoc est patriarche et prophete de remedio clamabant dicentes. Domine mitte nobis quem missurus es. Alii. Emitte agnum domine dominatorem terre etc. Deus vero misit preconem scilicet beatum Johannem baptistam sicut scribit Malachie. i. Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit etc. Sed heu prochdolor longe ante eius adventum mortua est anima. pictores sunt vocati qui se excusaverunt etc. id est in celo inter angelos. in terra inter homines scilicet patriarchas et prophetas non est inventus unus. qui sciuit vel potuit ymaginem id est animam depingere quantum ad suam propriam pulchritudinem. Pictor qui de montibus venerat est dominus noster ihesus xpus qui descendit de celis. ut istam ymaginem reformaret Et quo modo? Certe cum rubeo colore id est proprio sanguine. Elegit quatuor mulieres pulchriores etc. Pro prima muliere dedit esse cum lapidibus. Pro secunda vegetare cum plantis. Pro tercia sentire cum animalibus. Pro quarta. intelligere cum angelis. Rex cum vidisset dicebat O florentina id est anima multum deberes istum pictorem dominum nostrum ihesum xpm ante omnia diligere qui suo proprio sanguine te depinxit in tanta pulchritudine.

Capitulum lxiii

Espasianus regnauit qui filiam pulcherrimã habebat. cui nomen aglaes q̃ erat nimis pul/chra ⁊ oculis omnium gratiosa. ita q̃ eius pulchritudo õnes alias mulieres excellebat. Accidit vna die q̃ cum filia eius ante eum staret. eam intime respexit ⁊ ait ei. carissima nomen tuum mutabo ꝓp/ter pulchritudinẽm corporis tui. sit nomẽ tuum ãmo/do domina solacii in signum huius. vt omnes qui ad uenerint tristes cum gaudio recedant. Rex vero iuxta palacium quendam ortum pulcherrimum habebat i quo sepius causa solacii ambulauit. fecit ꝓclamari p totum imperium q̃ si quis filiam suam in vxorẽ habe ad palaciũ suũ uẽiret ⁊ infra ortũ iiij. v. iiij. diebꝰ spacia ret. Deinde rediret si filiam suã in vxorem hr̃e uellz uellet. Facta proclamatione multi ad palacium suuz uenerunt. Ortum intrabant ⁊ nunq̃ postea sunt uisi. et quotquot venerunt nullus ex eis euasit. Erat tunc quidam miles in partibus longinquis cum audisset d clamore q̃ si quis ad palacium ueniret filiam regis in vxorem haberet. venit ad ianũam palacii ⁊ pulsauit. Janitor ostium aperuit ⁊ eum introduxit. Ad regẽ ac cessit ⁊ ait. Domine mi clamor factus est cõmunis vt si quis ortum uestrum intrauerit filiam uestram in ux/orem habebit. Jdeo huc veni. Ait rex. Ortum intrate. ⁊ si exieritis eam habebitis. Qui ait. Domine mi vnuz mihi ꝯcede. Peto instanter anq̃ intrauero ut aliq̃ ver ba cum puella loqui potero. Ait ille. Mihi bene pla cet. Accessit ad puellam ⁊ ait ei. Carissima nomen

vestrum est domina solacii ad hoc tibi datum ē ut ō
nes qui tristes ad te veniunt cum gaudio redeant sed
ego nimis tristis ꝛ desolatus ad te venio prebe ergo
michi consilium ꝛ auxilium · quomodo cuȝ gaudio re
cedere potero Multi ante me venerunt ꝛ ortum intra/
uerunt nec vnqꝫ amplius visi sunt Si ergo michi idem
casus contingerit ve michi dicere potero ꝙ ego in con/
iugem te desideraui in matrimonio Ait · illa Tibi uerita
tem dicam et tuam tristiciam in gaudium conuertam ·
In orto illo est quidam leo ferocissimus qui omnes ī/
trantes interficit ꝛ per eum omnes qui intrauerunt rati
one persone mee sunt interfecti · Arma corpus tuū to/
tum ferro a planta pedis vsqꝫ ad verticem capitis · et
sint omnia arma tua cum gummi linita. Cum uero or
tū intraueris · leo statim in te irruet · contra eum uiriliter
pugna Et cum lassus fuerit ab eo te separabis · Ille ue
ro per brachium uel pedem te tenebit cum dētib9 intā/
tum ꝙ per arma gummata dentes eius pleni erunt ꝙ
te non multum poterit ledere · Tu uero cū hoc percepe
ris gladium euagina ꝛ caput eius amputa · Sed aliud
est adhuc periculū in orto illo · Est tantum vnus intro
itus ꝛ sunt diuersa diuerticula ita ꝙ qui semel intraue/
rit uix exitū inuenire poterit · Et ideo contra illud pe/
riculū dabo tibi tale remediū · Globum fili tibi conce/
do ut cū ad ostiū orti perueneris. filum globi in por
ta liges · Et sic per filum in ortum descende · Et sicut
uitam tuam diligis globuȝ fili ne perdas · Miles uero
per omnia adimpleuit sicut dixerat puella · armatus
ortum intrauit · Leo cum

cum uidisset toto conamine in eum irruit. Miles uirili
ter se defendit et cum lassus erat saltum ab eo fecit. leo
eum per brachium tenuit in tantum. quod dentes eius gum
mi pleni erant. Miles cum hoc percepisset gladi/
um extraxit et caput leonis amputauit. Ille uero intā/
tum gaudebat quod filum per quem descendit perdidit.
Ille uero tristis ac dolens ortum tribus diebus circui
uit et diligenter globum quesiuit de nocte inuenit. Cum
uero inuenisset non modicum gaudens per filum ascē
dit quousque ad portam peruenit filum soluit ad regem
perrexit et filiam suam dominam solacii in uxorem ob
tinuit de quo multum gaudebat.

Moralizatio.

Karissimi iste imperator est dominus noster ihūs
xp̄us. Filia tam pulchra domina solacii est reg/
num eternum. Qui ergo uoluerit regnum eternum babe
re. oportet ut primo ortum huius mundi intret. et per
aliqua tempora quamdiu deus uoluerit ibidem expectet.
Psalmista. Constituti terminos eius qui preteriri non
poterunt Job. Unus est introitus hominum et iumen
torum. Sed in mundo sunt tot diuerticula quod nescit ho
mo finem suum nec ubi nec quomodo mori debet.
Leo uero est dyabolus qui circuit querens quem deuo
ret. Unde quasi infiniti per eum sunt occisi. Quid er/
go est faciendum. Si uolumus regnum celeste obtinere
Certe debemus bonis uirtutibus armari. ita quod arma
nostra sint gummata. Per gummi elemosinam intel
ligere debemus. quia sicut gummi duo adinuicem iun
git. sic et elemosina animam cum deo. Unde propheta

dicit sicut aqua extinguit ignem · ita elemosina peccatũ Deinde debes accipere globuʒ fili ⁊c· Globus iste baptismus est· Unde in principio uite tue oportet incipere a baptismo· deinde a confirmatione· ⁊ sic per cetera sacramenta in mundum istum descendere· Sed leo id est dyabolꝯ ē paratus ꝯtra te pugnare· Contra eum viriliter pugnare debes ⁊ caput eius scʒ potestatem eius p bona opera auferre· Sed sepe contingit ꝙ postq̃ homo de dyabolo triũphauerit (sicut multi faciunt in q̃dragesima)post pasca redeat ad peccata ⁊ sic globuʒ fili id est uirtutem sacramenti perdat Fac ergo tu sicut fecit miles si per peccatum uirtutes perdidisti multum dolere debes· ⁊ pergas iter triũ dieꝝ p contritionē confessionem ⁊ satisfactioneʒ· ⁊ sic inuenire poteris ea que perdidisti· Et sic cũ ueneris ad portũ mortis qñ aia separabit᷑ a corpore poteris ad dñaꝫ solacii puenire · i· ad gaudium eternum Ad quod nos perducat qui ⁊c·

De dominica incarnatione Capitulum lxiiii·

Vidam rex regnauit qui tres uirtutes habebat · Primo erat fortior omnibus hominibus in corpore· Secundo sapientior· Tercio pulchrior· qui diu sine vxore uixit· Tandem venerunt amici eius ad eum ⁊ dixerunt. Domine bonum est vxorem ducere· ⁊ ꝓlem generare· quia non est bonum sine uxore stare· Ait ille· Carissimi vobis constat ꝙ satis diues ⁊ potēs suʒ ego ideo diuitiis nō indigeo· Ite ergo per regna ⁊ castra ⁊ mihi uirginem speciosam ⁊ prudentem querite. Et si ista duo i aliqua inueneritis licet paupercula sit eã i uxorē hẽbo· Perrexerunt illi per regna ⁊ castra et

tandem puellam nimis pulchram ꝛ prudentem inuene runt de sanguine regum ꝛ eius virtutes regi denuncia/ uerunt. Rex uolebat eius sapientiam experiri preconē vocauit ꝛ ait ei. Carissime tibi trado pannum lineum. habentem in longitudine ꝛ latitudine tres pollices ua de ad puellam ꝛ ex parte mei eā saluta ꝛ trade ei istū pannum de quo per sapientiam suam faciat mihi sa/ tis longam ꝛ latam camisiam pro corpore meo ꝛ si id fecerit. coniunx mea erit. perrexit nuncius ad uirginem ꝛ eam ex parte regis salutauit. dixitq̄ ei. Ecce pann9 li neus habens tantum in longitudine ꝛ latitudine tres pollices si camisiam sufficientem de isto panno ꝓ cor pore eius poteris operari te in uxorem habebit. At il/ la. Quomodo fiet istud ex quo non sunt nisi tres pol lices. in longitudine ꝛ latitudine. camisiam ei facere es set impossibile. Uerumtamen mihi vas concedat ī quo operari potero ꝛ camisiam satis longam ei promitto Nuncius est reuersus denunciauitq̄ regi de uirginis re sponsione. statim rex vas debitum ꝛ preciosum ei mi/ sit. Illa uero de tam parua quantitate in eodē uase o perata est camisiam satis sufficientē pro corpore suo Ille hoc videns statim eam in uxorem duxit.

Moralizatio.

Arissimi rex iste est deus ipse potens ac diues Puella generosa de stirpe regum beata virgo Maria mater dei ꝛ hominis. que fuit pulchra ꝛ generosa quia gratia plena. Nuncius missus gabriel archangelus qui eā ex parte dei salutauit dicēs ei. Aue grā plena. pann9 missus spūs sancti gratia operata in

ea quia antequam nata fuit sanctificata fuit · habensque tres pollices id est in conceptione filii sui erat potentia patris · sapientia filii · clementia spiritus sancti · De quibus quesiuit vas · i · ventrem suum sanctificatum in utero matris sue in quo fecit camisiam · i · humanitatem · que quidem humanitas erat in ea operata · Hec videns pater celestis eam reginam in celum coronauit ubi pro nobis interpellat · et filius patrem · Iuxta uerba beati bernardi · O homo securum accessum habes ad deum etc.

De cura anime. Ca · lxv ·

Ex quidam semel de vna ciuitate in aliam transitum fecerat · ad quandam crucem uenit que erat omni parte conscripta. Ex vna parte erat in ea conscriptum · O rex si per istam uiam equitaueris pro corpore tuo bonum hospitium habebis · sed equo tuo male ministrabitur · Ex alia parte crucis erat scriptum Si per uiam istam equitas · inuenies hospitium in quo equus tuus satis laute habebit · sed tibi male ministrabitur · Ex tercia parte erat scriptum · si per istam uiam ambulaueris · tu et equus tuus satis habebitis · sed antequam recedis egregie eris uerberatus Ex parte quarta erat scriptum si per uiam istam ambulaueris laute uobis ministrabitur · sed equum tuum ibi dimittes et tundite oz pedibus ambulare Rex cum omnia ista perlegisset admirabatur intra se · cogitabat quam uiam equitare vellet · Ait intra se · Primam uiam uolo eligere · quia bene erit mihi et male equo · nox vna cito transibit · percussit equum cum calcaribus ad quandam uiam ubi castrum inuenit · in eo erat miles qui eum benigne recepit et laute ministrabat · sed equus parum aut nihil habebat · Mane uero surrexit ·

ad palacium suum equitauit omnia gesta que viderat narrauit.

Moralizatio

Karissimi imperator iste potest dici quilibet bonus cristianus qui habet circa salutem anime sue equitare. Equus qui eum portat est corpus ex quatuor elementis compositum. Crux que stat in medio uie est conscientia tua in modum crucis extensa Vna pars ut ad bonum te prouocet. altera ut contra malum fortiter pugnes. Vnde si ambulaueris viam in qua bene erit tibi et male equo tuo optime facis. Carissimi ista uia est uia penitentie. hospicium sancta mater ecclesia in qua tibi bene erit in animam. sed oportet ut equus tuus scilicet caro tua penitentie subiaceat. Qui ergo per istam uiam ambulauerit sapienter facit. Alia est uia in qua inuenies hospitium. in quo equus tuus satis laute habebit. sed male ministrabitur tibi. Via ista est uia gulosa et luxuriosa eorum qui hospicium suscipiunt in voluptate carnis. De quibus apostolus ait Quorum deus venter est et gloria in confusionem ipsorum. In isto hospitio anima erit pessime ministrata. Alia est uia ubi equus tuus laute habebit. Via ista est cupidi et auari qui laute hic vult uiuere. parua opera meritoria perpetrare. sed cum mors eum ab hospitio huius mundi expellit tunc anima post mortem in purgatorio uel inferno egregie uerberabitur. Quarta est uia per quam si ambules bene tibi erit sed equum amittes. Via ista est via boni religiosi qui de omnibus preter cibum ad uictum et vestitum est contentus equum amittit scilicet omnes concupiscentias carnales ac mundi uanitates propter deum

Et ideo dicit saluator. Qui perdiderit animam suam propter me &c. Qui reliquerit patrem aut matrem &c centuplum accipiet. et post hanc vitam eternam uitam possidebit.

·De constancia· Capitulum . sexagesimumsextum

Quidam rex regnauit qui pulchram filiam habebat. quam multum dilexerat. que post decessum regis regnum occupauit. quia vnica est relicta. Hoc audiens quidam dux tyrannus ad eam venit multa ei promisit. si ei consentiret. Illa uero seducta est per eum et deflorata. Facta defloratione/ fleuit amare. Tyrannus vero eam ab hereditate sua expulit. Illa uero sic expulsa gemitus et suspiria emittebat. et in uia publica cunctis diebus sedebat. vt a transeuntibus elemosinam peteret. Cum vna die sic flendo sedisset quidam miles generosus iuxta eam equitando venit. uidens eius pulchritudinem captus est in oculis eius et ait. Carissima qualis es? At illa. Filia regis sum vnica et post patris mei decessum iure hereditario regnum habui sed per quendam tyrannum fui seducta et ab eo fui deflorata et post hec priuauit me hereditate mea. Ait miles. Utrum tibi placet esse sponsam meam. Que ait. Etiam domine hoc desidero ante omnia. Qui ait Fidem tuam mihi trade quod nullum alium accipies preter me. et ego contra tyrannum istum faciam bellum. terram tuam acquiram. Si uero in bello mortuus fuero. et hereditatem tibi acquisiero nihil aliud peto. nisi quod arma mea sanguinolenta tecum custodies. in signum amoris. Si uero aliquis veniat vt in vxorem te ducat. cameram tuam

intres in qua arma pendent ⁊ illa diligenter respicias ⁊ memoriam habeas·quomodo propter tui amorem ui tam meam amisi· At illa· Domine firmiter hoc pro mitto. sed absit vt in bello vitam amittas· armauit se ⁊ contra tyrannum perrexit· Audiens hoc dux toto conamine se contra eum opposuit· adinuicem pugna. bant· Miles victoriam obtinuit·caput tyrāni ampu/ tauit·tamen in bello vulnus mortis recepit ⁊ heredita tem puelle quesiuit. ⁊ tercia die est defunctus· Puella per dies multos mortem eius planxit· arma eius san/ guinolenta pependit in camera ⁊ sepius uisitauit ea· ⁊ quotiens ea vidit amare fleuit· Multi nobiles ad e am venerunt· vt eam in coniugem haberent· multa ꝓ/ miserunt·sed anteq̄ȝ alicui responsum daret cameram ī trauit ⁊ arma diligenter respiceret ⁊ dixit· O domine pro meo amore mortuus es·hereditatem meam restitu isti· Absit hoc a me ut alteri consentirem· Deinde foras exiens dixit· Votum deo voui· nunquam viro copulari· Illi hec audiētes recesserūt ⁊ sic toto tp̄e uite sue remansit in castitate·

Moralizatio·

Amicissimi rex iste est pater celestis· Filia tam pulchra est anima ad dei similitudinem creata Cui regnum paradisi dabatur· Sed per sugge stionem tyranni id est dyaboli illud amisit ⁊ est deflo rata· quando de pomo comedit· Deinde sedebat ī platea. hoc est in mundo· Vnde in sudore vultus ⁊c· Que a transeuntibus elemosinam petebat· id est a qua tuor elementis graciam dei expectabat· Miles qui

iuxta eam equitabat erat Filius dei qui in equo huma
nitatis mundum intrauit ⁊ humano generi compatie/
batur. Tu homo firmiter in baptismo promisisti nul/
lum uirum preter euꝫ accipere. ⁊ ideo armauit se armis
humanitatis ⁊ bellum contra dyabolum pro te dedit
victoriam obtinuit. tamen vulnus mortis pro te acce
pit ⁊ nostram hereditatem nobis acquisiuit. Fac ergo
tu sicut puella. arma sanguinolenta ĩ camera cordis tui
habeas id ē sp memoriã recentē de xp̄i passione quaꝫ
pro te sustinuit in cruce. ⁊ si venerint alique temptatio
nes per dyabolum mundũ aut carnē. curre ad xp̄i pas
sionem ⁊ recole quomodo pro tuo amore mortem sus
tinuit in cruce. ⁊ sic temptationes superabis ⁊ vitã eter
nam obtinebis.

De excusatione in extremis nō habenda. Ca. lxvii.

Aximianus regnauit prudens valde. in cuius reg
no erant duo milites vnus sapiens alter stultus.
q̄ mutuo se dilexerunt. Ait ei sapiens. Nũquid tibi pla
cet vnã conuentionem mecum ponere. ⁊ erit nobis vti
le? At ille. Mihi bene placet. Qui ait. Sanguinem qui/
libet de brachio dextro emittat. ego tuum sanguinem
bibam ⁊ tu meum. in signum ꝙ nullus alium dimittet
nec in prosperitate nec in aduersitate ⁊ quicquid vnus
lucratus fuerit alius dimidietatem habeat. At ille. Mi
bi optime placet. Statim cum sanguinem traxissent.
ambo sanguinem alterius biberunt. Hoc facto ĩ vna
domo semper remanserunt. Rex uero duas ciuita/
tes fecerat. vnam in summitate montis. ⁊ ꝙ omnes ibi
dem venientes copiam thesauri haberent. ⁊ ibidem to
to tempore vite permanerent. Ad istam ciuitatem

erat via stricta ac lapidosa ⁊ in via tres milites cum magno exercitu manebant. Et omnes per viam illam transeuntes oportebat ut contra eos pugnarent aut omnia cum vita sua amitterent. In ista etiam civitate rex quendam senescallum ordinavit qui omnes indifferenter intrantes reciperet ⁊ eis secundum statum suum ⁊ conditiones laute ministraret. Aliam civitatem fecit fieri in valle sub monte illo ad quam civitatem erat via plana ac ad ambulandum delectabilis tres milites in via ista iacebant qui omnes transeuntes gratanter receperunt ac ministrabant pro eorum voluntate. In ista civitate quendam senescallum ordinavit ut omnes civitatem intrantes aut appropinquantes indifferenter incarceraret ⁊ in adventu iudicis omnes ei presentaret. Iudex vero nulli parceret. Ait miles sapiens socio suo. Carissime pergamus ad mundum sicut ceteri milites ⁊ poterimus multa bona acquirere per que honeste vivemus. Cui ait. Mihi bene placet. Ambo per quandam viam perrexerunt quousque ad quoddam bivium pervenerunt. Ait sapiens. Carissime sicut vides hic sunt due vie. una ad civitatem nobilissimam dirigit. Si per illam pergimus ad civitatem illam perveniemus. in qua habebimus quicquid cor nostrum desiderat. Alia est via que ducit ad aliam civitatem que est in valle constructa. Et si per eam ambulemus capti erimus ⁊ incarcerati ac iudici presentati. ⁊ per eum in patibulo suspensi. Consulo ergo ut istam viam dimittamus. ⁊ per aliam ambulemus. Ait miles stultus. Carissime de istis duabus civitatibus dudum est quod audivi. Sed via ad civitatem super montem est stricta valde. ac

periculosa: quia in ea manent tres milites cum exercitu qui omnes intrantes expugnant·occidunt et spoliant· Sed altera uia est satis plana in qua sunt tres milites qui omnes intrantes benigne recipiunt· et omnia necessaria inueniunt· Et hoc satis aperte video· et ideo magis oculis meis credo quam tibi· Ait sapiens· Licet vna uia ad ambulandum sit bona tamen ducit nos ad obprobrium sempiternum·quia ducti erimus ad patibulum· Si per viam strictam propter pugnam aut latrones times ambulare·est tibi obprobrium pro perpetuo quia miles es tu·Et militibus incumbit contra hostes pugnare· Aliud est· Si mecum uolueris per istam uiam pergere firmiter promitto ante te ad bellum pergere· et quotquot sunt penetrare si uelis me iuuare· Ait ille Amen dico tibi·per viam illam nolo pergere sed potius per istam· Ait sapiens· Ex quo fidem meam tibi dedi· et in signum fidelitatis sanguinem tuum bibi solum non derelinquo te ambulare·tecum pergam· Ambo per eandem uiam ambulauerunt· Multa solacia secundum uoluntatem eorum inuenerunt per uiam donec ad hospitium trium militum venerunt·qui satis honorifice sunt recepti·ac splendide ministrati· In qualibet refectione miles stultus sapienti dixit. Carissime nonne tibi predixi?·Ecce quot et quanta habemus solacia in ista uia· De omnibus his in alia defecissemus· Ille respondit· Si finis bonus est totum bonum erit·quod non spero· Cum illis militibus per aliqua tempora moram traxerunt· Senescallus ciuitatis audiens quod duo milites contra prohibitionem regis

prope ciuitatem essent statim satellites suos ibi misit· qui eos caperent ⁊ ad ciuitatem ducerent· Seneschallus videns vnum stultum· illum ligatis manibus et pedi/bus in quandam foueam proici iussit et alium incar/cerauit· Cum vero iudex ad ciuitatem uenisset· omnes malefactores ciuitatis in conspectu eius sunt presen/tati et inter ceteros isti duo milites· Ait sapiens mi/les coram iudice· Domine de socio meo conqueror quia ipse est causa mortis mee· Legem istius ciuitatis predixi ⁊ pericula nullo modo volebat dictis meis cre/dere nec acquiescere et ꝯsilus meis adherere· sed mihi respondit. Plus credo oculis meis q̃ dictis tuis Cum uero fide ac iuramento adinuicem ligati· tam in prosperitate q̃ in aduersitate eramus· Ideo quando ipsum solum uidi pergere propter iuramentum cuꝫ eo ambulaui ⁊ ideo causa mortis mee iste est· Da ergo rec/tum iudicium· Ait alter miles stultus iudici Ip/se causa mortis mee est· Constat toti mundo q̃ ipse est sapiens ⁊ ego naturaliter stultus· Unde per sapi/entiam suam non debuisset tam leuiter adhesisse stulti/cie mee. Sed quando solus ambulaui· si ille non inse/cutus me fuisset· ego per uiam per quam uolebat am/bulare reuersus fuissem ⁊ secum ambulassem· propter iuramentum quod ei prestiti· Et ideo cum ipse sapiẽs sit ego uero stultus· ipse est causa mortis mee· Ait iu/dex ambobus· ⁊ primo sapienti. Tu sapiens quia taꝫ leuiter stulticie sue adhesisti· ⁊ secutus es eum· Et tu stulte· quia dictis sapientis non credidisti· sed propri/am stulticiam perpetrasti· vos ambos in patibulo

suspensuros hodie iudico. Et sic factum est.

Moralizatio.

Karissimi rex iste est dn̄s noster ihūs xp̄s Duo mi
lites anima ⁊ corpus · anima est sapiens. corpus
ē stultus · Isti duo in baptismo erant confederati ad
inuicem · ꝙ quilibet sanguinem alterius biberet. San/
guinem alterius bibere · est quemlibet pro alio in peri/
culo se ponere · vt si caro suas uoluntates uoluerit ha/
bere prius debet anima per penitentiam consumere · q̄ꝫ
ut caro in tali periculo se ponere Si vero anima quod
absit labat᷑ · caro debet pro ea ieiuniis ⁊ uigiliis pati ·
Et hoc est sanguinem alterius bibere. nunq̄ꝫ alium ĩ ne
cessitate dimittere · Due vie sunt per quas veniunt. V/
na est penitentia · alia mundi gloria · due ciuitates · vna
in monte · hec est celum super firmamentum · Alia in ual
le · hec est infernus · Ad celum est via stricta sicut uia pe
nitentie ⁊ pauci ambulant per eam · In ista uia sunt
tres milites scilicet dyabolus mundus ⁊ caro · sic ꝙ q/
cunq̄ꝫ uoluerit ad celum pergere debet cōtra istos pug
nare · ⁊ per uiam penitentie ambulare · In ista ciuitate
est quidam senescallus scilicet deus qui omnia omni/
bus secundum merita sua affluenter dat · Unde grego
rius · In cor hominis non ascendit ⁊c · In via uersus in
fernum sunt tres milites scilicet superbia uite · concupis
centia oculorum · ⁊ concupiscentia carnis · propter que
tria peccator inuenit corpori suo delectabilia pro tem
pore · Via uersꝰ infernum est plana ad ambulandum ·
Sed anteqūꝫ homo percipiat senescallus scilicet mors e
mittit exploratores · scilicet infirmitates · qui enim

capiant quando anima interim in inferno incarcerabit corpus ligatur et in sepultura ponitur. Sed in die iudicii cum dominus apparuerit iudicare viuos et mortuos. tunc anima contra corpus et econuerso corpus contra animam allegabit. et iudex scz deus sententiaz dabit si in peccato inuenti fuerimus sine dubio ad infernum ibimus. A quo nos defendat qui sine fine uiuit et regnat

De nō subticenda veritate usq ad mortem. C lxviii

Ordianus regnauit. In cuius regno erat quidam miles generosus qui pulchram uxorem habebat que sub viro sepius erat adulterata. Accidit semel q maritus ad peregrinandum perrexit. Illa vero in continenti vocauit amasium suum. Dña illa quādam ancillam habebat que cantus auium intellexit. Cum uero amasius veniret. erant tunc temporis tres galli in curia. Media nocte cum amasius iuxta dominam iacuisset. primus gallus cantare cepit. Domina cum hoc audisset. ait ancille. Dic mihi carissima. quid dicit gallus in cantu? Illa respondit. Gallus dicit in cantu suo. q tu facis iniuriaz domino tuo Ait domina. Occidatur gallus iste. Et sic factum est. Tempore debito post hec secundus gallus cantat. Ait domina ancille. Quid dicit gallus in cantu suo? Ait ancilla Socius meus mortuus est pro ueritate. et ego paratus sum mori pro eius veritate. Ait dña. Occidatur gall9. et sic factum est. Post hec tercius gallus cātauit Dña cū audissz dixit ancille. Quid dicit gall9 in cantu suo? Illa respondit. Audi uide tace si tu vis uiuere pace. Ait dña. Non occidatur gallus iste.

Moralizatio

mi imperator iste est pater celestis. miles xp̄s uxor eius anima per baptismum desponsata Ille qui eam seducit est dyabolus qui p mundi fallacias decipit. Unde quotiens peccato consentimus adulteramur xp̄o. Ancilla ē tua ɔsciā que ɔtra peccatum murmurat ꝛ continue hominem ad bonum stimulat. Primus gallus qui cantauit. certe xp̄us est qui primo ɔtra peccatum arguebat hoc uidentes iudei ipsum occiderūt. ꝛ similiter nos ip̄m occidim⁹ q̄tū in nobis est. q̄diu in peccatis delectamur Per secundum debemus martires intelligere. Sic erant ꝛ alii multi q ui am ꝛ doctrinam eius predicauerunt. Iō pro xp̄i noīe ꝛ ueritate necati sunt. Per tercium gallum qui dixit. Audi uide. ꝛc. potest intelligi predicator qui debet esse sollicitus ueritatem pronunciando. Sed diebus istis nō audet ueritatē dicere qui pacē cupit habere. Studeamus ergo magis deum timere ueritatē ꝓnunciādo. ꝛ sic ad xp̄m qui ē ueritas uenienm⁹.

Capitu lxix.

De castitate.

Allus regnauit prudens ualde. qui quoddā palacium construere uolebat. Erat tunc in imperio quidam carpentarius subtilis ualde. cum quo imperator pro palacio construendo conuenit. Tunc temporis erat quidam miles in regno. qui pulchram filiā habebat. Videns prudenciam carpentarii itra se cogitabat. filiam meam ei in uxorem dabo quia per sapienciam suam ꝛ artem satis laute eam promouebit. uocauit eum ꝛ ait ei. Carissime pete a me quid tibi placuerit ꝛ tibi dabo. Si mihi possibile sit. ita ut

Filiam meam in uxorē accipias. At ille mihi bene pla/
cet. Conuenerunt in unum. Carpentari⁹ eam in uxo/
rem duxit. Hoc facto mater filie generum suum uoca/
uit ⁊ ait ei. Fili mi iam filiam meam in uxorem duxi
sti. Ecce istam camisiam dabo tibi/ quam ⁊ satis pul
chram ostendit ⁊ ait. Camisia ista uirtutem habet q̄
nunq̄ toto tempore uite tue lotione indiget nec fran/
gi potest nec consumi/ nec colore mutari/ q̄diu inter te
⁊ filiam meam sit amor fidelis. Si uero (quod absit)
aliquis ex uobis matrimonium uiolauerit statim ca/
misia omnes eius uirtutes amittet. Carpentarius hec
audiens gauisus est ualde. Camisiam recepit et ait
O mater q̄ preciosum iocale mihi dedisti iam nullus
nostrum potest matrimonium uiolare quin per cami/
siam sciet' perfectissime. Post hec infra paucos dies
carpentarius ad palacium regis est uocatus vt nouū
palacium cōstrueret. Camisiam secum assumpsit/uxo/
rem in domo dimisit. cum rege moram traxit quousq̄
palacium completum fuit. Cum in laborando fuiss;
admirabant' multi. q̄ camisia sua semper in candorē
⁊ mundicia permansit. ⁊ ait rex ad eum. Magister ro
go ut dicas mihi quō hoc potuerit eē q̄ cum in conti/
nuis laboribus permaneas. camisia tua sine lotione et
mundicia ī albedine manet. At ille. Scias carissime do
mine q̄ q̄diu ego cum uxore sumus fideles ī amore ca
misia mea non indiget lotione. Sed si matrimonium ī
ter nos esset violatum camisia sicut ceteri panni lotiōe
indigeret. Miles vero cum hoc audisset intra se co/
gitabat. Si potero camisiam tuam lauari faciam.

Perrexit ad domum carpentarii ipso ignorante, ut eius
uxorem ad peccatum sollicitaret. Illa uero gratanter
eum recepit. De amore inordinato eam pulsauit. Que
ait. Amor talis locum priuatum requirit. ueni mecum
et illum in cameram introduxit. Cum autem intro/
ductus fuisset illa exiuit. ostium clausit et dixit Ibidē
expectabis quousque tempus habuero quando te libe/
rare debeo. Domina ista singulis diebus eum uisitauit
ac pane et aqua sustentauit. Ille uero preces funde
bat ut eum dimitteret abire. sed illa non consentiebat.
Post hec cito duo alii milites ad eam venerunt de cu
ria regis. quilibet post alium ut eam corrumperent. sed
eis nihil ualuit. Illa in eadem camera eos inclusit
pane et aqua sustentauit. per multos dies ibi stabant.
De istis tribus militibus facta est questio et commo/
tio in domo regis quo deuenerunt. Palacio cōsump
to carpentarius accepta mercede domum venit. uxor
eius non modicum gaudens. eum honorifice recepit.
et quomodo se haberet diligenter inquisiuit. Ille ue/
ro bene per omnia respondit. Illa uero camisiam suā
respexit. Vidensque eam satis mundam. ait. Benedictus
deus apparet ī ista camisia quod inter nos est dilectio ue
ra. Qui ait. Carissima cum essem in palacio construen/
do. uenerunt tres milites unus post alium et de camisia
mea quesierunt quomodo sine lotione manebat in oī
candore. eis ueritatem retuli. Post hoc quo deuene
runt penitus ignoro. De eorum absentia facta ē ques
tio magna in curia regis. Dixit illa. Domine illi tres
milites de quibus fit sermo. ad me venerunt multa mihi

promiserunt. si eis consentirem. sed nullo modo vole/
bam hoc attemptare. eos in camera priuata posui. et
huiusque pane et aqua sustentaui. Carpentarius hoc au
diens gauisus est de fidelitate uxoris et quod milites a mor
te saluauit. eos libere abire permisit. et ambo usque ad fi
nem uite in uero amore permanserunt.

Moralizatio.

Carissimi rex iste est pater celestis qui palacium ha
bet construere scilicet humanum cor bonis uirtutibus
plenum in quo palacio deus delectatur permanere Iux
ta illud. Delicie mee sunt esse cum filiis hominum. Mi
les iste qui habet pulchram filiam est xpus qui habet
animam pro filia. uxor est sancta mater ecclesia. Carpen
tarius bonus xpianus qui istam filiam in uxorem cum
camisia accepit Camisia ista est fides nostra. Quia ut
ait apostolus Sine fide impossibile est placere deo.
Quamdiu manet homo in hac vita in sanctitate. tamdiu
fides non violatur. Quid ergo sequitur? Certe ut eri/
gas palacium scilicet cor mundum per opera misericordie
Milites qui sunt? Superbia uite. concupiscentia ocu/
lorum. et concupiscentia carnis. Istos tres milites con
cludere debes in camera penitentie quousque mercedem
eternam a rege eterno accipies. Quod nobis concedat

De compunctione fidelis anime. Capitulum. lxx.

Quidam rex erat qui filiam pulchram habebat.
et prudentem. Quam pater viro tradere volebat.

Illa vero votum deo fecerat· ꝙ nunq̄ virum accipe/
ret quousq; tria perpetraret· Primum erat ꝙ veraciter
diceret· quot pedes in longitudine ⁊ latitudine ac pro
funditate quatuor elementorum essent· Secundo ꝙ uē
tum ab aquilone mutaret· Tercio ꝙ ignem in gremio
sine lesione iuxta carnem portaret· Rex cum hoc audis
set fecit ista tria per totum regnum promulgari. Et
si quis sine defectu perpetraret filiam eius in uxorē ha
beret· Multi venerunt sed defecerunt· Erat quidaʒ mi/
les in partibus longinquis· qui cum de voto puelle au
diret ad palacium regis venit ducensq; secum famuluʒ
vnum ⁊ equum vnum furibundum coram rege temp/
tauit ⁊ ait· Domine mi rex· Filiam tuam peto in vxo
rem· quia paratus sum ista tria promulgata soluere·
Ait rex· Mihi bene placet· Miles vero famulum
suum vocauit ⁊ ait ei in terra iaceas· Cum uero sic
iaceret. miles a capite usq; ad pedes mensurauit· Hoc
facto ait regi· Ecce domine in quatuor elementis· uix
ultra septem pedes inuenio· Ait rex· Quid hoc ad
quatuor elementa? Et ille· Domine quilibet homo
⁊ omne animal ex quatuor elementis componitur·
Et sicper famulum quatuor elementa mensuraui·
Ait rex· Amen dico tibi· satis clare probasti· Iam
ad secundum procedamus· Muta uentum ⁊c· Ille
statim equum furibundum adduci fecit· cui potionem
ad gustandum dedit. de cuius potione factus est to/
taliter sanus· Hoc facto caput equi in oriēte ponebat
⁊ ait· Ecce dn̄e uent⁹ ē mutat⁹ ab aquilone in orientem
Ait rex· Quid hoc ad ventū? Ait ille· Domine ɔstat vrē

prudencie· q vita cuiuslibet animalis non ē nisi uent9 quem q̄diu equus patiebatur malum· tādiu erat in aq lone· Sed iam ex virtute potionis sanus factus ē· ca/ put eius ad orientem posui· vt sit paratus onus por/ tare· Ait rex· Satis clare probasti· iam ad tercium pro cedamus· Ait ille· Domine paratus sum corā oībus ad implere/ Manus suas prunis ardentibus adimpleuit ⁊ in sinu posuit· ⁊ caro eius nequaq̄ ē lesa· Ait rex· Sa tis bn̄ duo alia probasti Sȝ dic/ mihi quomō glebe non ledunt te? Ait ille. Non uirtute mea sed ex uirtute lapidis· quem mecum otinue porto Quicunq̄ illuȝ la/ pidem secum in loco mundo portauerit nunq̄ ab igne ledi poterit Ecce lapis· ⁊ lapidem coram omnibus os tendit· Ait rex· Probabiliter ista tria probasti· nupti/ as ordinauit· Filiam suam cum diuitiis multis ei de/ dit in oiugem ⁊ ambo in uita bona dies suos finierūt·

Moralizatio.

Arissimi rex iste est dominus noster ihesus xp̄us Filia tam pulchra anima ad dei similitudinē cre ata· que deo in baptismo votum fecerat q nunq̄ vi/ ro coniungeretur nisi tria perpetraret· Primum ē q mē surarec ⁊c· hoc est famulum tuum id ē carnem tuā mē surare debes quantum deliquit ⁊ pro omni delicto pe nam agere· dementa mensurare· scilicet carnem tuaȝ do mare· Secundum est ventum mutare ⁊c· equus furios9 est peccator qui in peccatis permanet. vnde oportet ei potionem dare· scilicet vt contritionem habeat ī cor/ de confessionem in ore satisfactionem in opere· Et hoc est ventum mutare· Vnde Job. Tanq̄ ventus

est vita mea. Tercium est ignem sine lesione portare. Ignis iste est ignis luxurie. auaricie. superbie. qui sepe animam et corpus consumunt. Sed si desideras ut ignis iste te non ledat. oportet vt lapidem in loculo scz dominum nostrum ihesum xpm in corde habeas. per opa meritoria. et si munde portaueris. nunquam ignis alicuius peccati te ledet. et per osequēs vitam eternam obtinebis.

De remuneratione eterne patrie. Capitulū. lxxi.

Ex erat quidam qui magnum conuiuium fecerat Deinde per totum regnum precones destinabat. vt preconizarent conuiuium videlicet. vt omnes cuiuscunque conditionis ad conuiuium venirent. et non tantum conuiuium bonum haberent. sed et diuitias infinitas obtinerent. Cum autem precones per regna et castra ambularent preceptum regis promulgando. Erāt tunc duo homines in vna ciuitate manentes. vnus fuit fortis et robustus sed tamen cecus. alter claudus et debilis. sed optime viderat. Dixit cecus claudo Carissime heu nobis duobus per totum regnuz diuulgatū est quod rex tali tempore optimū ouiuiuz tenebit. ad quod non tm̄ quilibet habebit cibaria pro sua uoluntate. sz diuitias magnas recipiet Tu uero es claudꝰ ego uero cecus. ad illud conuiuiuz poterimus accedere. Ait claudus. Si consilium meum feceris ambo ibidez uenimꝰ et diuitias et conuiuium sicut ceteri obtinebimus. Respondit cecus. Omne consilium quod est nobis vtile. sum paratus adimplere. Ait claudꝰ. Tu es fortis et robustus in corpore. ego uero debilis. quia claudus. me super dorsum tuum portabis. Ego uero te in

viam dirigam·quia satis clare video· et sic ambo ad conuiuiū venimus et mercedem sicut ceteri obtinebimus Ait cecus·amen dico tibi optimum consilium est. statī ascende dorsum meum·Et sic factum est· claudus viā ei ostendit·et ipse eum portauit·Et sic ambo ad conuiuium venerunt et diuitias inter alios receperunt·

Moralizatio·

Karissimi iste rex est dominus noster ihesus xpus qui pro omnibus nobis conuiuium eternum preparauit· Iuxta illud·Erat quidam homo qui fecit cenam magnam·Ad illud conuiuium multi sunt vocati et qui ibidem accedet diuitias eternas possidebit· Cecus iste est quilibet diues ac potens huius seculi q fortis et potens est in corpore·id est diuitiis et mundi potentia· Unde ceci sunt quantū ad vitam eternam. Ignorant ea que sunt salutis·sicut talpa bñ uidet sub terra et habet multa diuerticula·sed supra ceca efficitur nec scit seipsam iuuare·Sic et diuites satis clare vident in temporalibus et ceci sunt in spiritualibus· Claudus uero est bonus religiosus qui claudicat in vtroqꝫ pede·scilicet nihil ī communi aut in proprio possidēs tamen videt talis satis clare uiā versꝰ conuiuiū eternū Si ergo vos diuites ac mundi potentes intenditis ad illud conuiuium accedere· et premia ibidem accipere necesse vobis erit religiosos ac ceteros pauperes sup dorsa vestra portare· Sed diligenter est aduertendū quādo diuites debent portare pauperes·Certe elemosinas eis donando in eorum necessitatibus subueniēdo hoc ē paupes portare et fideliter uiris ecclesiasticis decimas

dare. Si sic feceritis · nos uiri religiosi tenemur vobis viam salutis ostendere quomodo poteritis ad vitam eternam peruenire. Precones qui illud conuiuium clamabant sunt sacre pagine doctores. s. doctores predicatores ꝛ confessores qui debent nos instruere publice ꝛ priuate quomodo ad eternum conuiuium poterimus peruenire.

De ingratorum trucidatione. Capitulum. lxxii.

Legitur de quodam rege qui filium vnicum habebat. quem multum dilexit · ꝛ tenerrime nutriuit. Cum autem puer ad etatem legitimam peruenisset · de die in diem regem impulsabat ut regnum ei dimitteret eo quod impotens esset ipse potens. Rex vero ait. Carissime si securus essem quod me beniuole ꝛ cum honore tractares toto tempore uite tue tibi illud concederem ꝛ omnem humanitatem quam pater tenetur filio tibi prestarem. At ille Domine coram satrapis ꝛ nobilibus imperii iuramentum prestabo · quod nullum defectum habebitis sed in maiori honore quam meipsum vos habebo. Rex uero credens dictis eius regnum ei dedit ꝛ nihil sibi ipsi retinuit. Cum uero coronatus esset ꝛ in solio positus · ultra quam credi potest cor eius est eleuatum · Per aliquos annos patrem suum in honore habebat · ꝛ post hoc nec honorem nec aliqua bona ei dedit · Ille uero cepit sapientibus regni conqueri quod eius filius pactum non tenebat. Sapientes uero qui semper eum dilexerunt regem arguebant · quod male patrem suum tractaret. Rex hoc audiens furore repletus · patrem suum in quodam castro inclusit / vbi nullus accessum habere poterat ad eum · In quo loco famem et

multas miserias patiebatur. Accidit eodem tempore. quod rex in eodem castello pernoctabat. Pater uero ad eum accessit et ait. O fili miserere patri tuo seni. qui te genuit et omnia dedit in hoc loco famem et sitim patior. iam sum in graui infirmitate positus. et haustus vini me confortaret. Ait rex. ignoro si sunt vina in castro isto. Ait ille. immo fili quinque dolia uini sine scitu vestro Senescallus huius castri non audet perforare ea. et mihi haustum dare. rogo te ergo fili des mihi de primo dolio. Ait rex. non faciam quia mustum est nec valet pro senibus. At ille dixit. Des mihi ergo de secundo dolio Qui ait. hoc non faciam hoc pro corpore meo custodiam. et pro iuuenibus qui mecum sunt. at ille. des ergo mihi de tercio. Qui ait. non faciam. quia vinum forte est et tu es debilis et infirmus. posset esse causa mortis tue. at ille. Des mihi de quarto dolio. Qui ait non faciam. quia nimis uetus et acetosum est et non multum ualet. et precipue pro complexione tua. ait pater Fili des ergo mihi de quinto dolio. at ille/absit a me/quia feces sunt/satrape regni mihi imponerent quod te occidissem / si feces tibi dedissem Pater hec audiens ab eo tristis recessit et statim occulte satrapis regni litteram scripsit quomodo filius eius eum tractabat vt propter deum eum a tali miseria subleuarent Satrape omnes ei compatiebantur/statim regem ceperunt et patrem sicut prius regem constituerunt Filium suum in carcerem posuerunt/ubi propter miseriam defunctus est

Moralizatio

Karissimi rex iste est dominus noster ihesus xpus Filius quilibet xpianus quem tenerrime diligit

q̄diu homo in puritate uite manet. Omnia homini
dedit q̄ homo habet ⁊ ipse factus est pauper. secundū
q̄ testatur scriptura. Vulpes foueas habēt ꝛc. Sȝ quo
tidie xp̄s famem et sitim patitur. hoc est in suis mem/
bris scȝ pauperibus ⁊ debilibus. Unde scriptum est.
Q̄d uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Et de9
petit a nobis haustum uini de primo dolio. dolium
illud est puericia nostra quam deus a nobis requirit
ut ei seruiamus in puericia. Puer uero malus respō
dit. Mustum est. hoc est puer sum. non possum ieiuna
re. orare. in dei seruitio uigilare. Demum deus a nobis
requirit ut demus ei de secundo dolio. Respondit ma
lus filius. Non possum dare iuuentutem meam deo s
uiendo. quia tunc mundus derideret me dicens. Ecce
ille iuuenis stultus homo non uult conuersari cum ho
minibus. Et sic iuuentutem meam mecum retinebo. cō
edendo. bibendo. mundo seruiendo. Demum deus req
rit a nobis de tercio dolio. Respondit malus filius.
Vinum forte est. hoc est iam sum in fortitudine mea.
si penitentiam facerem. fortitudinem meam diminuerē
Ad bella ⁊ ad hastiludia uolo accedere ⁊ ea que mun/
di sunt exercere. ac post fortitudinem penitentiam age
re. Deus uidens quia de istis tribus doliis nihil pōt
habere querit de quarto dolio haustum unū. Respō
dit malus filius. Vinum nimis uetus ⁊ acetosum est.
Hoc est dictum. iam sum senex iam nō possum ieiuna
re. uigilare. quia natura mea est debilis. Demum deus
querit de quinto dolio unum haustum. Respōdit ma
lus filius. Feces sunt. hoc est dictum. Heu mihi decre/
pit9 sum defecit salutare meū. Dū bona poterā facere

nō feci modo sum impotens et talis sepe cadit ī des
peratiōnē et sic moritur homo miser. Contra tales erit
querimonia grauis. et tunc in die iudicii deus cum to/
ta curia celesti sententiam dabit dicens. Ite maledicti
⁊c. A quo nos liberare dignetur.

De auaricia ꝙ multos excecat. Ca.lxxiii.

Lex quidam erat ī ciuitate romana qui statu/
it ꝙ quilibet cecus ab imperatore omni anno
centū solidos haberet. Accidit casus ꝙ. xxiiii
socii ad ciuitatem venerunt et quandam tabernam in/
trabant propter potationem. Isti autem per septem
dies stabant bibendo et comedendo. deinde cum vole
bant cum tabernario computare quicquid in pecunia
haberent tabernario dederunt. Ait ille. Certe carissimi
adhuc deficiunt. C. solidi. Amen dico vobis non exi/
bitis donec ultimum quadrantē michi solueritis. Illi
hec audientes adinuicem dixerunt. Quid facienus non
habemus soluere? Ait vnus dabo uobis sanum consi
lium. Per imperatorem lex edita est. ꝙ quicunqꝫ est ce
cus. C. solidos de eius thesauro obtinebit. ponamus
inter nos sortem ⁊ super quem sors cadit eius oculos
eruamus. ⁊ tunc ille ad palacium poterit accedere. ⁊ C.
solidos obtinere. ⁊ nos omnes acquitare. Ait illi. Op/
timum est consilium. Inter se miserunt sortem. ⁊ super
illum qui consilium dederat cecidit. statim excecabant
eum ⁊ duxerunt eum ad palacium. pulsabant ad ia/
nuam. Janitor causam pulsationis quesiuit. Ait illi.
Ecce est vnus cecus qui beneficium legis petit. Ait ia/
nitor. senescallo hoc dicam. Accessit ad senescallū ⁊ ait.
Stat vnus cecus ad portam. qui beneficium legis

petit. Ait ille. Vado ad eum et eum uidebo Cum autem cecum vidisset eum intime respexit. quem cum conside rasset ait ei. Carissime quid petis? Et ille. Centum soli/ dos secundum legem. Qui ait. Amen dico tibi quia he sterna die vidi te in taberna et duos oculos satis cla/ ros habentẽ tu male legem intelligis. Lex est edita q quicunq fuerit ex infirmitate uel ex casu aliquo cecus contra quem casum nõ poterit se defendere. talis bene ficium legis obtinebit. sed tu uoluntarie oculos tuos i taberna bibisti et consilium dedisti ut cecatus esses que re ergo alibi solacium. quia nullum obulum obtinebis Ille uero hoc audiens cũ ofusione recessit.

Moralizacio.

Arissimi talis est lex dei. q quicunq ignoranter aut ex infirmitate peccauerit aut temptatione dy abolica si contritus et confessus fuerit Iuxta illud. In quacunq hora peccator etc. deus sibi peccata remittet. quilibet peccator inq̃tum peccator est cecus. Si vero aliquis ex pura malicia sine causa peccauerit et postea in desperationem inciderit vix aut nunq̃ ei remittetur. Tabernarius est dyabolus qui omnes tales ad taber nam infernalem recipit qui sic descendunt. et ideo stude amus etc.

De prospectione et prouidencia. Capitulum. lxxiiii.

Rat quidam rex qui filium tm̃ vnicũ hẽbat quẽ tenerrime dilexit. Rex iste vnũ pomum aureũ fie ri fecit in sumptibus magnis. Pomo fabricato rex vs q ad mortem infirmabatur. vocauit filium suum et ait Carissime nõ potero de ista ĩfirmitate euadere Sub be nedictiõe mea p9 meũ decessuz uade p regna et castra et

pomum aureum quod feci· tolle tecum· ꝛ quem magis stultum inueneris pomū istud ex parte mea dabis Fi/ lius vero fideliter adimplere promisit· Rex vero ver tebat se ad parietem et emisit spiritum· Filius vero sa tis honorifice cū tradidit sepulture· Post sepulturam statim pomum accepit ꝛ per diuersa regna ꝛ castra am bulauit· multos stultos inuenit ꝛ vidit· tamen nulli eo rum pomū dedit· Deiñ perrexit ad qddam regnū ꝛ ad ciuitatem principalem illꝯ regni accessit Per medium ciuitatis regē equitantem cum magno apparatu vidit. Conditiones illius regni a quibusdam ciuibꝯ q̄siuit· Ait illi dixerunt ei· Consuetudo illius regni est talis ꝙ nūq̄ rex inter nos regnabit nisi vno āno· Finito āno ī exiliū ponet᷑· ubi mala morte moriet᷑· Filꝯ regis hec au diēs itra se cogitabat· Iā inueni quē diu quesiui. acces sit ad regem ꝛ flexis genibꝫ eū salutauit. ꝛ ait· Aue rex Pr̄ meꝯ defunctꝯ ē· istud pomū aureū in testamentum uobis legauit· Rex uero pomū accepit ꝛ ait ei· Carissi/ me quō p̄t hoc eē? Rex nūq̄ me uidit nec aliq̄d bōi pri tuo feci· q̄re ergo tā p̄ciosum iocale mihi dedit? Ait il/ le Dñe mi rex pr̄ meꝯ nō plꝯ tibi q̄ alteri pomū legauit Sꝫ sub bn̄dictōe sua mihi p̄cepit maiori stulto dare· quē potero īuenire· ꝛ sine dubio circuiui multa regna ꝛ castra ꝛ nō īueni tā magnū stultū ꝛ īfatuatū q̄ uos. iō ex p̄cepto pr̄is mei uobis pomū dedi· Ait rex· Rogo ut mihi dicas q̄re me tā stultū reputas? Ac ille. ecce dñe oñdam tibi dare. Est ꝯsuetudo istꝯ regni tm̄ p annuꝫ regnare. ꝛ in fine āni oī hōre ꝛ diuitiis priuari ꝛ ī exili um poni· ubi mala morte moriet᷑· Amen dico tibi· con cludo ex dictis meis ꝙ in toto mūdo nō ē tātꝯ stultꝯ·

sicut vos q̄ tā breue tempus regnare dētis ꝛ p⁹ hoc tā miserabiliter uitam finire· Respōdit rex sine dubio oīa uera sunt q̄ mō mihi dixisti· ꝛ ideo dum adhuc fuero in mea ptāte in pn̄ti āno bona infinita mittā āte me ī exiliū ut dū ibi uenero / de bonis illꝰ uiuam q̄ꝫ diu vixero· ꝛ sic factum est· In fine āni regno ē priuatꝰ ꝛ ī exilium positꝰ· ibi p multos ānos de bōis illis uixit ꝛ uitam in pace finiuit·

Karissimi rex iste ē deꝰ qui legauit pomū aureum stultis· p pomū rotundū intelligit̄ mundus iste quē deus dat fatuis qui magis munduꝫ ꝛ ea que ī mūdo sunt appetūt q̄ꝫ deum· Rex qui p vnum ānum regnauit pt̄ dici qlibet homo in hoc mūdo exn̄s q lꝫ· C· ānis uiuat ē tn̄ q̄si vna hora respcū uite future· ꝛ tn̄ nō desistit mis̄ hō die ac nocte laborare ꝛ pꝰ mortē in exilium· i· infernū poni si cū pctō mortali decedat ubi mala infinita inueniet. Et pauci sunt qui de isto exilio cogitant· Faciamus ergo sicut fecit ille rex dū sumꝰ ī nrā potestate ī uita añ nos mittamꝰ opa mīe· elemosinas largas perpetrare oratiōes· ꝛ ieiunia facere· ut pꝰ hāc uitam paradisum possimꝰ intrare ubi sine dubio inueniemus opera nostra meritoria que fecimus in hac uita· ꝛ sic regnabimus ibi cum gloria· Ad quam ꝛc·

De cura mundi non sectanda· Ca· lxxv·

Lim erat quidam rex qui tres filias pulchras hēbat quas tribꝰ ducibꝰ maritauit· oēs illi tres duces vno āno mortui sunt· Rex hoc audiens uolebat filias suas iterato maritare vocauit primam filiaꝫ ꝛ ait Carissima uir tuus mortuꝰ est dado te alteri viro· At illa Nullo modo hoc attemptabo· Et hec est rō mea·

Si deberem alterum virum accipere oporteret vt eum tm̄ diligerem sicut primū virum aut plus aut min9 diligerem hoc non potest stare nō tm̄ quia p̄mus virginitatem habebat ergo non tantum debeo eum diligere. Si vero plus hoc esset maius malum. Si vero minus non esset bona dilectio inter nos quare concludo ꝙ nullo modo volo alium viruȝ accipere. Rex hoc audiens vocauit secundam filiā et ait carissima vir tuus defunctus est copulabo te alteri viro. At illa Domine nullo mō hoc attemptabo quia si virū alium acciperē. reciperem eum aut propter diuicias aut fortitudinem aut pulcritudinem. Non propter diuitias quia habūdo Non propter fortitudinem quia amicos habeo q me defendent. Non propter pulcritudinē quia michi uidebatur ꝙ vir meus ōmium erat pulcrior in vniuerso mundo quare concludo ꝙ nullo modo viꝝ aliū accipere volo. Rex hoc audiens vocauit terciam filiaȝ et ait. carissima vir tuus mortuus ē volo te alteri uiro copulari. At illa Nullo mō hoc attemptare volo. quia si alium virū acciperē ille me reciperet aut propter pulcritudinē aut diuitias. Nō propter pulcritudinem qꝛ nō sum pulcra Ergo propter diuitias me reciperet. Et si ꝓpter diuitias nūꝗ possꝫ eē verus amor. quia destructis diuitiis amor transiret. Cōcludo ergo ꝙ nullo mō aliū uiꝝ accipere uolo. Item doctores sacre scripture dicunt ꝙ vir ⁊ mulier in matrimonio cōiuncti sunt vnuȝ in corpore ⁊ duo in anima. Ergo corpus uiri mei est corpus meum ⁊ econuerso. adhuc omni die ad sepulchrum possum accedere viri mei. ⁊ ibi ossa uidere. Ergo virum presentem habeo. Et ideo

mȝ

alium habere nolo Rex hoc audiens amplius ut uirum ac ciperet non instigabat.

Carissimi rex iste est deus ipse Tres filie anima in telligitur in qua relucet operatio et ymago trinita tis. Juxta illud gene. ii. Faciamus hominem ad yma ginem et similitudinem nostram. ymago uero trinita tis per peccatum primi parentis erat deturpata. et tribus uiris tradita scilicet dyabolo mundo et carni. Si uero mortuus est diabolus per xpi passionem noli amplius talem uirum accipere sed semper sub xpi protectione per mane. Si mundus mortuus est per paupertatem uolunta riam noli amplius alium uirum accipere. sed permane sub xpi protectione. Si uero mortua est caro per ieiunium et carnis macerationem noli amplius uirum accipere sed sub xpi protectione permaneas Vel aliter potest reduci Rex iste est deus. Tres filie tria genera hominum scilicet po tentes ac diuites huius mundi. sicut sunt reges ac mun di potentes sapientes huius mundi sicut iudices tem porales et ecclesiastici uiri religiosi. perfecti xpiani sicut sunt qui in omnibus diuinis preceptis obideunt. Iste tres erant in baptismo tribus ducibus copulate scilicet pa tri per potentiam. filio per sapientiam. spiritui sancto per clementiam. Si ergo isti mortui sunt. i. extincti et a blati a te per peccatum tuum numquam alteri labores co pulari. sed cum omni diligentia fac opera misericordie per que poteris eis reconciliari quia numquam aliquem inue nies qui te tantum diliget. Unde est notandum quod mulier accipit uirum propter quatuor. Quia aut prop ter diuitias aut propter pulchritudinem aut fortitudi nem aut sapientiam. Si uero uis uirum accipere.

propter diuitias. certe nō inuenies ita diuitē sicut do/
minum nostrum ihesum xp̄m. q2 dn̄s celi ꝛ terre ē. er/
go eum teneas ꝛ non alium. Si uero uelis uiruꝫ accipe
re ꝓpter fortitudinē curre ad dn̄ꝫ nostrū ihesuꝫ cristuꝫ
qui ē fortior oī hoīe. fortis in celo ꝛ in terra. In infer
no non ē aliquis qui pōt ei resistere. ergo illum in vi/
rum dēs accipere ꝛ non aliū. Si uero aliquem uis acci
pere propter pulchritudinem curre ad dn̄m nostrū ihe
sum xp̄m qui est pulchrior omni hoīe. Unde psalmi.
Speciosus forma pre filiis hominum. ergo illum dēs
habere ꝛ non aliū. Si uero aliquē uis accipere propter
sapientiam. curre ad dominum nostrum ihūm xp̄m q2
ipe est sapientior omni hoīe. Un̄ aposto. O altitudo
diuitiaꝝ sapientie ꝛ sciencie dei ꝛc. Ergo illum uiꝝ ac
cipere dēs ꝛ nō alium.

De concordia. Capitulum septuagesimūsextū

Erādit in quadam ciuitate. ꝙ erant duo medici optimi in omni sciencia medicinali imbuti. q om nes ad eos uenientes. de quacunq͂ infirmitate curabāt ita ꝙ penitus populꝰ ignorabat quis eoꝝ eēt melior Infra tempus erat inter eos ꝯtentio quis eorum esset maior atq͂ perfectior. Ait vnus alteri Carissime nō sit inter nos discordia nec inuidia. neq͂ contentio. qūis nostrum est perfectior. Sed vnum faciamus ꝛ quicun q͂ ex nobis defecerit sit ille seruus alterius. Ait alter. Dic mihi quod est illud? Et ille. Ego duos ocu/ los tuos de capite eruam sine grauamine. ꝛ super men/ sam tuam ponam. Et quando tibi placet in capite tuo sine lesione tua ponam. Si vero mecum hoc i/ dem per omnia feceris. equales ambo

simus ⁊ quilibet alterum nutriat sicut fratrem suū. Si uero aliquis defecerit· seruus alterius erit. At ille. Optima probatio per omnia mihi bene placet· Ille uero qui questionem proposuit accepit instrumēta sua ⁊ infra oculos cum quodam vnguento nobilissimo interius ⁊ exterius liniuit· ⁊ cū instrumēto suo duos oculos socii extraxit· ⁊ super mensam posuit ⁊ ait socio suo· Carissime quō tibi videt᷑? Et ille· vnum scio ꝙ nihil uideo q₂ oculis careo ⁊ tñ nullā lesionē sentio Sed modo uellem ꝙ oculos meos sicut mihi promisisti restitueres· Et ille· Libenter attemptabo· vnguentum accepit ⁊ oculos interius ⁊ exterius sicut prius inunxit· ⁊ oculos suos reposuit· Et ille· Carissime quid iam tibi uidetur? Et ille· Optīe quia in extrahendo nullam lesionem sensi. Tunc dixit ille Iam restat ut mihi simili mō ministres Qui ait· Presto sum· Accepit instrumenta sua· ⁊ vnguenta sua sicut ille fecerat intus ⁊ exterius liniuit deinde oculos eius extraxit ⁊ sup mensam posuit ⁊ ait Carissime quid tibi videt᷑? Et ille· Mihi uidet᷑ ꝙ oculos perdidi tamen nullum dolorem sensi sed uellem libentissime ꝙ oculos rehaberem. Cum uero ille parasset instrumenta sua ut oculos restitueret· fenestra domus erat aperta ⁊ quidam coruus intrauit uidēsq₃ oculos in mensa subito vnum oculum rapuit ⁊ euolauit Medicus hoc percipiens est contristatus totaliter. ⁊ ait intra se· Nisi oculos socio meo restituam seruus eius ero Respiciens a longe uidensq₃ capram oculum extraxit· ⁊ in locum oculi ablati reposuit· Hoc facto dixit socio suo. Carissime quid tibi uidet᷑? Qui ait· Nec in extrahendo nec in reponendo aliquā lesionem sensi. Sed

vnus ex oculis meis semper sursum ad arbores respi/
cit. Et ille. Ex quo ita perfecte medicinam meam tecū
feci sicut ꝛ tu. modo ambo sumus equales nec īter nos
sit contentio. Et sic ambo post hec adinuicem sine con
tentione vixerunt.

Moralizatio.

Karissimi per istos duos medicos intelligere debe
mus legem nouam ꝛ āntiquam que ambe curabāt
quantum ad salutem anime. Facta est contentio et ad/
huc est inter xpianos ꝛ iudeos. que lex est melior ꝛ per
fectior. Ad probandā ueritatem quilibꝫ oculos alteri
us extraxit. Hoc est dictu In lege antiqua multa sunt
a quibus deus extraxit sicut decē precepta in āntiqua
lege. Sicut saluator ait. Nō ueni soluere legē sꝫ imple
re ut si aliquis attendat deum uidere. oportet ut ad no
uam legem recurrat ꝛ tunicā baptismi se induat Coruꝰ
uenit ꝛ rapuit vnum oculum iudeorum ut nō possent
ueritatem uidere. ꝛ in loco huius ponebat oculū capre
scꝫ quasdā cerimonias quibꝰ utunt. per quas credūt
deū uidere et ibunt ad tenebras exteriores ubi erit fle
tus et stridor dentium.

Q ad diuitias non ē anhelandum. Capi. lxxvii.

Erat quidam rex qui duas filias habebat. Vna
erat pulcherrima ꝛ omnibus amorosa sed altera
nigra et omnibus odiosā. Rex videns filias suas.
vnam pulchram aliam nigram eis nomina imposuit.
Pulchre filie imposuit nomen. scilicet rosimunda.
Nigre filie nomen gratia plena. Deinde preconem
per totum regnum misit promulgando. q

omnes venirent et filias suas in matrimoniũ traret il-
lis qui ad hoc digni essent. Quicũqȝ vero pulcrã filiã
in uxorem acciperet nihil cum ea nisi pulcritudinẽ ob-
tineret. Sed qui nigram filiam in vxorem acciperet to-
tum regnum post eius decessum cũ ea obtineret. Mul-
ti hoc audientes ad curiam regis venerunt et cum du-
as filias viderent. omnes ad pulchram filiam currebãt
ꝛ eam in uxorem petebant. Grã plena nigra filia ama-
re fleuit. Ait ei rex. O filia ob quam reȝ affligit᷑ anima
tua. At illa. O domine nullus ẽ qui me uisitet nec mecũ
loquat᷑. oẽs ad sororẽ meã currũt. ꝛ omnes me despi-
ciunt. Ait pater. O filia ignorasq̄ omnia mea tua sunt
ꝛ qui te despõsauerit regnum meũ obtinebit. Illa sic cõ-
fortata a fletu cessabat. Post hec uenit quidam rex ad
curiã regis ꝛ cum uidisset pulchritudinem rosimunde.
eam in uxorem petiit tantum cum sua pulchritudine.
Rex pater puellam ei concessit ꝛ cum magno gaudio e-
am desponsabat. stabat altera filia per multos annos
antequã eẽt desponsata. Tandem quidam dux nobilis.
sed paup intra se cogitabat. Licet puella turpis fuerit
tñ quicunqȝ eam habuerit regnum cum ea obtinebit. p-
rexit ad regem ꝛ eã in uxorem petiit. Rex uero gauis9
est. eam desponsauit cum magno gaudio. ꝛ p9 morteȝ
regis totum regnum cum ea obtinuit

Moralizatio.

Karissimi rex iste est dominus noster ihũs cristus
Filia rosimunda tam pulchra est mundus iste.
vnde pauci inueniuntur qui non mundum super om-
nia appetunt. tandem nihil cum ea obtinebunt;

nisi suam pulchritudinem. hoc est vanitatem et diviti/as et sicut pulchritudo per infirmitatem famem et senectutem annihilet' ita divitie huius mundi transeunt p morte et sepe añ. Et iõ fatui sunt qui mundum despon sant. Altera filia scz grã plena que e turpis et oib9 odiosa. certe est paupertas quã miro mõ deus dilexit. et iõ uocat' grã plena quia per eam deuenit' ad diuitias. Verumtamē pauci sunt qui eam desponsare uolũt immo ẽ omnibus odiosa. tñ qui eã desponsauerit uitam eternam habebit.

De constantia amoris mutui. Capitulum. lxxviii.

Ex quidam pulchram filiam habebat. que erat duci nobilissimo desponsata cum quo pulchraz prolem habebat et maxima iter eos erat dilectio. Dux uero morit' de cuius morte factus est planctus magn9 in ciuitate. Dña uero satis honorifice euz sepulture tradidit. P9 mortem amici eius ad eam uenerunt ut secũdo uiro nuberet allegantes sibi etatem integraz ac pulchritudinem suam. Dña uero respondit. Virum alterũ habere nolo. quia uir meus qui mortuus ẽ erat taz bonus dulcis ac diues per omnia qui me ultra modũ dilexit. Et propter nimiã dilectionẽ inter nos ei9 mors tantum me affligit. q ut credo uiuere non potero. Si uero talem uirum ponam9 q inuenirem possibile esset ei añ me mori et tũc eẽt mihi grauis afflictio iã hẽo q nunq̃ virum aliũ capere uolo Si malum uiz acciperẽ esset mihi graue p9 bonũ habere pessimũ.

Moralizatio.

Arissimi rex iste ẽ de9. Filia anima ad dei similitudinẽ creata q̃ erat nobilissiõ uiro / scz dño nrõ

ibsũ xp̄o per uirtutem baptismi desponsata. qui sum/
ma dilectiõe nos dilexit. quia in cruce pro nobis mor
tuus est. ergo uiꝫ aliũ pro illo nõ accipias. hoc ẽ aliũ
nunqꝫ tm̃ diligas. ⁊ sic cum eo regnabis.

Qd̃ quis nescit presumere nõ audebit. Ca. lxxix.

Rat quidã rex qui miro mõ pu̇os caniculos di
lexerat die ac nocte bene latrantes. in tantũ ꝙ in
gremio suo eos quiescere permisit ⁊ ibidem pauit. Illi
uero sic consueti erant in gremio eius dormire ⁊ come/
dere. ꝙ uix alibi volebant ⁊ quandoqꝫ circa collum re
gis pedes ponebant. Et sic rex solacium magnum ⁊ lu
dum cum eis habebat. Erat tunc quidam azinus. qui
cuꝫ omnia ista uidisset in corde suo cogitabat. Si ego
cantarem ⁊ ante regẽ saltarem. ⁊ circa colluꝫ dñi mei pe
des ponerem. rex mihi daret omnia fercula ad comedẽ
dum ⁊ gremiũ suuꝫ ad quiescenduꝫ. His cogitatis ex
tra stabulum saltauit aulam intrauit. ⁊ coram rege cã
tare cepit. deinde hinc inde saltauit ⁊ post hoc ad regẽ
cucurrit ⁊ pedes circa collũ eius posuit. Serui hoc vi/
dentes credebant asinum in furia ouersuꝫ. acceperũt eũ
⁊ egregie uerberauerũt. ⁊ sic ad stabulum reduxerunt.

Arissimi rex iste est dominus noster ihesus xp̄us.
Caniculi bene latrantes sunt predicatores qui v̓/
bum diuinum bene pronunciãt. Unde digni sunt ĩ gre
mio celesti quiescere. asinus potest dici qui presumit of
ficiũ predicatoris assumere. uerbũ dei ꝓnũciare. tñ lit
teraturã nec grãm ad hoc hꝫ. ⁊ ideo timendũ ẽ ne talis
sit uerberatus. hoc ẽ a dño ⁊ populo expulsꝰ.

De uersutia dyaboli ⁊ quõ iudicia dei sunt occulta

Ca. lxxx. cum expositione inclusa.

Erat quidam heremita. qui in quadam spelunca
iacebat ⁊ diebus ⁊ noctibus deuote deo seruiebat.
Juxta cellā suā erat quidam pastor ouium qui pasce-
bat oues. accidit vno die ꝙ pastor erat somno oppres
sus. Ipso dormiente quidā latro venit ⁊ omnes oues
secum abstulit. Superueniens dominus ouiū a pasto
re querit ubi oues erant. Ille uero icepit iurare ꝙ oues
perdidit sed quō penitus ignorabat. Dominus hec
audiens furore repletus ipsum occidit. Heremita hoc
uidens ait in corde suo. O domine ecce homo iste cul/
pam innocenti dedit ⁊ ipsum occidit. Ex quo ergo
permittitis talia fieri ad mundum vadam ⁊ sicut ce/
teri vitam ducam. His cogitatis heremitariū dimi
sit ⁊ ad mundum perrexit. sed deus ipsum perdere no
lebat. angelum in forma hominis ad eum misit vt ei se
associaret. Quem cum angelus in via euntem inuenisset
ait ei. Carissime quo uadis? ait ille. ad istam ciuitatem
ante me. angelus dixit ei. Ego in viā ero comes tu⁹ q2
angelus dei sum ⁊ ad te veni ut simus socii in hac uia
ambo ambulabant versus ciuitatem. Cum autem itras
sent hospitium a quodam milite propter dei amorem
petebant. Miles vero satis gratanter eos recepit ⁊ ho
norifice ac splendide cum bona deuotione in omnib⁹
ministrauit. Miles iste tantum vnicum filiū habebat
in cunabulis iacentem quem multum dilexerat. Cena
facta camera est aperta et lecti satis honorifice ornati
pro angelo et heremita. Media vero nocte surrexit an
gel⁹ et puer̄ ī cuābul' strāgulauit. hoc uidēs heremita

intra se cogitauit· Nunquid iste erat angel9 dei· bon9
miles oia necessaria ꝓpter dei amorē ei dedit ⁊ nō ha
buit nisi vnicū filiū inocentē ⁊ iste eū occidit· ſ; tñ non
audebat ei quicq̄ dicere· Mane uero ābo surrexerūt ⁊
ad ciuitatē aliā precesserūt in q̄ i domo vni9 ciuis sat' bō
rifice erāt recepti ⁊ splendide ministrati· Ciuis iste quē
dam aureū ciphū quē miro modo dilexit hūit· i quo
ultra modum gloriebat'. Media uero nocte surrexit ā
gel9 ⁊ furat9 ē ciphum illum Heremita hoc uidens itra
se cogitabat Iste malus angel9 est ut credo· Iste ciuis
nobis optime fecit· ⁊ iste est furatus ciphum suū tñ ni
hil ei loquebat' q2 timuit eū Mane uero surrexerūt· ⁊
ꝑ uiā ambulabant donec ad quandā aquā ꝑuenerūt vl
tra quam erat pons· pontem ascenderunt ⁊ qdā paup
eis obuiabat Ait ei āgel9· Carissime mōstra nobis uiā
uers9 talē ciuitatē· paup uertit se ⁊ cū digito uiā uersus
ciuitatē ondit· Cū uero uertisset se angel9 subito ꝑ sca
pulas eū accepit ⁊ ultra pontē ꝓiecit ⁊ submers9 ē pau
per· Qđ cū heremita uidiss; ait in corde suo· iā scio· q
iste dyabolus ē ⁊ nō angelus dei bonus Quid mali fe
cit pauper iste ⁊ tñ eū occidit Ab illo tpe cogitabat ab
eo recedere ueruntñ timēs nihil loquebat' ei. Cū uero cir
ca horā uespꝛtinā ad ciuitatē ꝑuenissent ad domu; cu
iusdā diuitis accesserūt ⁊ hospitiū ꝓ dei amore petebāt
Ille uero simpliciter eis negauit· Ait āgel9 dei· amorē di
saltē tectū dom9 nobis ↄcedat' ne lupi aut male bestie
hic nos deuorēt· Ille ait· ecce domus ubi porci mei ia
cent· si placet vobis cum eis iacere potestis· si nautē re
cedatis q2 aliū locū uobis nō dabo· Ait ei āgelus· Si
aliud non potest fieri· cum porcis vestris iacebimus ·

Et sic factum est. Mane uero surrexerūt. Angelus hos
pitem uocauit ⁊ ait. Carissime do tibi ciphum istum ⁊
dedit ei ciphum quem furatus fuerat ab illo ciue. Her/
remita hoc videns ait intra se. Jam sum expertus ꝙ is
te est dyabolus. Bonus homo qui cum omni deuotō
ne nos recepit furatus est ei ciphum ⁊ dedit isti pessiō
qui negauit nobis hospicium. Ait āgelo. Nolo vobis
cum amplius expectare ad deum vos recommendo.
Angelus dixit ei audite me ⁊ tunc recedite. Primo quā
do eras in heremitario dominus ouium pastorē inius
te occidit. scias ꝙ pastor ille pro tunc mortem nō me/
ruit; sed alias cōmisit quare mori non deberet tunc tē/
poris inuentus est sine peccato deus ergo permisit euz
occidi ut penam post mortem euaderet propter pctm̄
quod alias commisit pro quo nuncꝗ̄ penitenciam face
ret. Latro uero qui euasit cum ouibus penam eternaz
sustinebit. ⁊ dominus ouium qui pastorem occidit vi/
tam suam emēdabit per largas elemosinas ⁊ opera mi
sericordie quia ignoranter fecit. Demum filium illius
militis de nocte strangulaui qui nobis bonum hospi/
tium dedit. Scias ꝙ anteꝗ̄ puer ille natus erat. mi/
les optimus elemosinarius erat. ⁊ multa opera miseri
cordie fecit. Sed postꝗ̄ natus est puer. factus est par
cus cupidus ⁊ omnia colligit vt puerum diuitem faci
at. sic ꝙ erat causa perditionis eius ⁊ ideo puerum oc
cidi. Et iā sicut prius miles factꝰ ē bonus xp̄ianus. De
inde ciphum illius ciuis qui nos cū deuotione recepit
furatꝰ fui. Scias ꝙ anteꝗ̄ ciphus ille erat fabricatus.
non erat sobrior eo in tota terra. Sed tantuz de cipho

gaudebat post fabricationem. q̄ omni die tantū de eo bibebat q̄ bis aut ter omni die fuit inebriatus· ꝛ idō ciphum abstuli ꝛ factus ē sobrius sicut prius· deinde pauperē in aquam proieci· scias q̄ pauper iste bonus xpianus fuit· s; si ad dimidium miliare ambulasset ali um in peccato mortali occidisset· s; iā ē saluatus ꝛ reg nat in celesti gloria· Deinde ciphum illius ciuis dedi il li qui nobis hospicium negauit Scias q̄ nihil in terra fit sine causa· Ipse nobis concessit domum porcorum ꝛ ideo ciphum ei dedi· ꝛ post vitam istam in inferno regnabit. Pone ergo ammodo custodiam ori tuo· vt deo nō detrahas· Ipse enim omnia nouit· Heremita hoc audiens cecidit ad pedes angeli. ꝛ veniam petiit ꝛ ad heremitarium perexit· ꝛ factus ē bonus xpianus·

De mirabili diuina dispensatione· ꝛ ortu beati gre/gorii pape. Ca. lxxxi·

Marcus regnauit prudens valde qui tm̄ vnicum fi lium ꝛ filiam habebat· quos multum dilexit Cū uero ad senectutem peruenisset infirmitas grauis eum apprehendit· Qui cum vidisset q̄ viuere non poss; fecit vocari omnes satrapas imperii ꝛ ait· Carissimi scire debetis q̄ hodie spūm deo debeo reddere· nō t a beo tātum periculū in anima mea sicut de filia mea· q̄ eam matrimonio non tradidi· Et ideo tu fili qui es heres meus tibi precipio sub mea benedictione vt ea; maritari facias tam honorifice sicut decet· ꝛ medio tē/pore sicut teipsum omni die eam in honore habeas· His dictis uertit se ad parietem ꝛ spiritum emisit· De cuius morte planctus magnus fact⁹ ē in ciuitate satis honorifice eum sepulture tradiderunt·· Post hoc uerō

Filius satis prudenter incepit regnare ⁊ sororem suam
in omni honore habere. quam miro modo dilexit in
tantum ꝙ omni die licet nobiles secum essent in mēsa
in vna cathedra ex opposito eius sedebat ⁊ ad inuicē
comedebant ⁊ in eadem camera ī lectis separatis iace/
bant. Accidit vna nocte ꝙ temptatio grauis eum acce
pit. ꝙ ei videbat᷑ spiritum emittere nisi cum sorore sua
libidinem suam posset implere. de lecto surrexit. et ad
sororem suam perrexit. quam dormientē inuenit et ex
citauit eam. Illa sic excitata ait. O domine ad quid ue
nisti ista hora? Qui respondit. Nisi tecum dormiam a
mitto uitam meam. Que ait. Absit a me tale peccatum
perpetrare. Ad memoriam reducite quō pater noster te
onerauit sub sua benedictione ante mortem suam ꝙ me
haberes in omni honore. Si tale peccatum perpetrares
offensionem dei non euaderes nec hominum confusio
nem. At ille. quomodocunqꝫ fiat. uoluntatē meā adim
plebo. dormiuitqꝫ cum ea. Hoc facto ad propriū stra
tum rediit. Puella uero amare fleuit. consolari nole/
bat. Imperator uero quantum potuit solacium ei pre
bebat ⁊ miro modo eā dilexit. Post hoc uero circa di
midium annū. illa in cathedra sedebat in mensa. Frāter eius
eam intime aspexit ⁊ ait. Carissima quid tibi ē? Iā faci
es tua ē mutata in colore ⁊ oculi tui ī nigredinē mutā
tur. At illa. Mirū nō ē q2 sum ipregnata ⁊ p oīs ɔfusa
Ille hoc audiēs ultra qꝫ credi potest ɔtristatus ē fleuit
qꝫ amare ⁊ ait. Pereat dies in qua natus sum qd faciā
ego penitus ignoro. Que ait. Dñe fac ɔsilium meū ⁊ post
factum non penitebis. Nos non sumus primi. qui
grauiter deum offenderunt. Hic prope est vnus

miles senex consiliarius patris nostri. de cuius ꝯsilio
pater noster semper est operatus Vocet᷑ ille ⁊ sub sigil
lo confessionis omnia ei dicemus. ille uero utile consi/
lium dabit nobis qꝛ satisfaciemus deo ⁊ opprobrium
mundanum euadere poterimus. Ait rex mihi bene pla
cet. sꝫ primo studeamus deo recōciliari. Confessi sunt
ambo corde puro cum contritione magna. Facta cō/
fessione miserunt pro milite ⁊ totum priuate cum fletu
retulerunt. At ille. Domine ex quo estis deo reconciliati
audite consilium meum ut confusionem mundanam e
uadere possitis. Pro peccatis uestris ac patris uestri
terram sanctam debetis uisitare ⁊ tali die omnes satra
pas regni tui in presentia tua conuocare? Deinde hec v
ba per ordinem dicere Carissimi terram sanctam visi
tare uolo. nullum heredem preter sororem vnam hēo.
sicut scitis. cui in absentia mea sicut corpori meo debe
tis obedire ⁊ post hoc mihi coram omnibus dicere. et
tibi carissime dico sub pena uite tue ut sororis mee cus
todiam habeas. Ego uero manucapio eā priuate ⁊ se
cure custodire. qꝛ nullus tēpore partus nec ante nec pꝰ
de casu uestro sciet. nisi tantum cum uxore mea que oꝫ
ministrare cum manibus propriis ait rex. Bonum est
consilium omnia adimplebo que mihi dicitis statiꝫ fe
cit omnes satrapas conuocari. ⁊ omnia a principio us
qꝫ ad finem sicut superius est scriptum consilium mili/
tis adimpleuit. Cum omnia uerba consummasset. va/
le omnibus fecit. ad terram sanctam perrexit. Miles
uero dominam sororem regis ad castrum suum duxit
Cum autem uxor militis hoc vidisset dño suo occur/
rit ⁊ ait. Dñe mi reuerende qualis dña ista est? Qui ait.

Domina nostra soror regis est. Jura mihi per deum
omnipotētē sub pena uite tue ut quicquid tibi dixero
omnia habebis in secreto. At illa. Domine presto sum
Cum autem iurasset ait miles. Domina nostra per
dominum nostrum regē est inpregnata/quare tibi pre
cipio ut nulla creaturā ministeret ei/excepta tua perso
na. Ita ut principium medium ⁊ finis omnia sint secre
ta. At illa Domine omnia ista fideliter adimplebo.
Domina ad cameram priuatam est introducta ⁊ satis
splendide ei ministrabatur. Cum tempus pariendi
esset filiū formosum peperit. Miles cum hoc audisset
ait domine. O domina carissima bonū est ac utile sa/
cerdotē uocari ut puer baptizet Que ait deo meo uo
ueo. ꝙ ille qui est inter fratrem ⁊ sororē genitus p me
baptismum non habebit. Ait miles. Scitis graue pec/
catum est inter uos ⁊ dominum meum commissū no
lite propter hoc animam pueri occidere. Ait domina.
Uotum uoui quod firmiter tenebo. sed tibi precipio.
ut dolium uacuum mihi apportes. Qui ait Presto sū
dolium secum ad cameram portari fecit. Illa uero de
center puerum in cunabulo reclinauit. Et in par/
uis tabellis hec que sequunt̄ scripsit. Carissimi scire de
betis ꝙ puer iste nō ē baptizat⁹ quia inter fratrē ⁊ so
rorē ē genit⁹. Jō propter dei amorē baptizet̄ ⁊ sub ca
pite eius pond⁹ auri inuenietis. cum quo ipm nutriri
faciatis. ad pedes argenti pondus. cum quo studium
exerceat. Cum omnia ista erant scripta tabellas in cūa
bulo sub latere pueri ponebat aurum sub capite. argē
tum ad pedes. Deinde cum pannis sericis ac deaurat

cunabulum cooperuit. Hoc facto militi precepit ut cunabulum infra dolium poneret et in mari proiceret. ut natarct ubicunq; deus disponeret. Miles uero omnia adimpleuit. Cum dolium proiectum in mari fuiss; miles tamdiu iuxta mare stetit q̄ diu dolium natare uideret. Hoc facto ad dominaz rediit. sed cum iuxta castrum suuz uenisset nuncius regis de terra sancta ei obuiabat et ait ei. Carissime unde uenis? Qui ait. De terra sancta uenio. At ille. Quales rumores habetis? Et ille. Dominus meus rex mortuus est et corpus suuz ad unum de castris suis est ductum. Miles hoc audiens fleuit amare. Uxor eius superueniens cum de morte imperatoris audisset ultra q̄ credi potest dolebat. Miles surrexit et ait uxori sue. nolite flere. ne domina nr̄a percipiat. Nihil ei dicemus quousq; a puerperio resurgat. Miles post hos sermones ad dominam intrauit. Uxor eius sequebat᷑ eum. Cum domina eos respexisset. et eos desolatos perpendit ait. Carissimi propter quaz causam estis tristes? At illi. Domina nō sumus tristes sed potius gaudentes. quia liberata estis a graui periculo in quo fuistis. At illa. Ita non est. Indicate mihi nolite aliquid celare a me siue bonum siue malum. Ait miles. Quidam nuncius de terra sancta uenit de domino nostro rege fratre uestro qui narrat rumores. Que ait. Uocet᷑ nuncius. Qui cum uenisset. ait ei domina. Quomodo est de domino meo? Qui respondit. dominus uester mortuus est. Et eius corpus de terra sancta translatum est ad castruz suum ut cum patre uestro sepeliret᷑. Domina cum hoc audisset ad terram cecidit.

Miles videns dolorē domine in terram iacuit. Uxor militis cum eis ac nuncius. Omnes isti per magnū spacium iacebant et in eis pre magno dolore non est vox neqꝫ sensus. Domina vero post magnum spacium surrexit crines capitis traxit. faciē usqꝫ ad sanguinis effusionem dilaceravit et alta voce clamavit. Heu mihi pereat dies in qua concepta eram. Nox illa non numeretur in qua sum nata. Quātas habeo iniquitates ꝛc. In me sunt completa. Periit spes mea fortitudo mea frater meus unicus dimidium anime mee quid faciam ergo de cetero penitus ignoro? Surrexit miles et ait. O domina carissima audite me. Si propter dolorē teipsam necaveris totum regnum peribit. Tu sola es derelicta et iure hereditario regnū tibi debetur. Si ergo teipsam occideris regnū ad extraneos convolabit. Surgamus ergo et ad locum ubi corpus eius iacet accedamus et honorifice eum sepeliemus. Deinde studeamus quō imperium regere debemus. Illa vero ex verbis militis confortata surrexit. ꝛ cum honesta comitiua ad castrꝫ fratris sui accessit. Cū autem intrasset corpus regis super feretrum invenit super corpus cecidit. A planta pedis usqꝫ ad verticem osculata est eum. Milites videntes nimium dolorem in ipa de funere dominā retraxerunt. ꝛ in cameram introduxerunt ꝛ corpus satis honorifice sepulture tradiderūt. Post hoc quidam dux burgondie solemnes nuncios ad eam misit ut ei in uxorem consentiret. Illa uero statim respondit. Quā diu vixero virum non habebo. Nuncii hec audientes voluntatem eius domino nunciabant. Dux hec audiens indignatus est contra eam ꝛ ait. Si eam

habuissem rex illius regni fuissem. sed ex quo me vili
pendebat. de regno suo parum gaudebit exercitū col/
legit regnum intrauit comburebat occidit ⁊ īfinita ma
la perpetrabat ⁊ victoriam in omni bello obtinuit.
Domina ad quandam ciuitatem bene muratam fugaꝫ
petiit. in qua erat castrum fortissimum ⁊ in ea per mul
tos annos permansit. Jam ad puerum proiectum
in mari redeamus. Dolium cum puero per multa
regna transiit quousqꝫ iuxta cenobium monachorum
peruenit ⁊ hoc feria sexta. Eodeꝫ die abbas illius mo
nasterii ad litus maris perrexit ⁊ piscatoribꝰ suis ait
Carissimi estote parati ad piscandum. Illi uero rethia
sua parabant. Dum uero prepararent dolium cuꝫ fluc
tibus maris ad terram peruenit. Ait abbas seruis suis
Ecce dolium aperiatis ⁊ uideatis quid ibi lateat. Illi
uero dolium aperuerunt. ⁊ ecce puer paruus pannis ꝓ
ciosis inuolutus abbatem respexit ⁊ risit. Abbas uero
totaliter de uisu contristatus ait. O deus meus quid ē
hoc ꝙ inuenimus puerum in cunabulo? Propriis ma/
nibus euꝫ leuauit tabellas sub latere eius inuenit quas
mater ibidem posuit ⁊ legit ꝙ puer ille inter fratrem et
sororem esset genitus nec baptisatus sed propter dei a
morem ut sacramentum baptismi ei daretur. Deinde
cum auro quod ad caput eius inueniretur nutriretur ⁊
ad pedes argentum per quod studium exerceret. Ab/
bas cum hec legisset ⁊ cunabulum pannis preciosis or
natum uidisset. intellexit ꝙ puer de nobili sanguine es/
set. statim eum baptizari fecit. ⁊ ei proprium nomē im
posuit scilicet gregorius. Et puerum ad nutriendum
uni piscatori tradidit. Dansqꝫ ei

pondus quod inuenit· Puer vero crescebat et ab om/
nibus ē dilectus quousq̄ septem ānos in etate comple
uisset· Abbas statī ad studiū eū ordinauit· In quo
miro mō profecit ita ꝙ omnes monachi cenobii tan
quam suum monachum dilexerunt· Puer vero infra
pauca tempora om̄es in sciencia transcendit· Accidit
quodam die ut cum filius piscatoris cum pila quadā
luderet ē dictum piscatorem patrem suum esse credidit
A casu filium piscatoris cum pila lesit Ille sic percussꝰ
amare fleuit domum perrexit et matri cōquestus ē di/
cens Gregorius frater meꝰ me pcussit· Mater hec au/
diens foras exiuit ⁊ dure arguebat eum dicens/ O gre
gori qua audacia filium meū percussisti cū tamē qua/
lis es ⁊ unde ignoramus Ait ille· O Mater dulcissima
nonne filius tuus sum ego quare mihi talia imprope/
ras· que ait· Filius meus non es ⁊ unde sis ignoro·
Sed unum scio ꝙ in quodam dolio inuentus fuisti·
Abbas te mihi ad nutriendum dedit. Ille cum hoc au
disset fleuit amare· Ad abbatem perrexit ⁊ ait· O do
mine mi diu steti vobiscum credebam me filium pisca
toris fuisse cum tamen non sim. ⁊ ideo parentes meos
ignoro· Si placet me ad miliciā promoueas quia hic
amplius non manebo· Ait abbas O fili noli talia co/
gitare. Omnes monachi in domo existentes miro mo/
do te diligunt. intantum ꝙ post decessum meum ī ab/
batem te promouebunt. At ille Domine sine dubio nō
expectabo donec ad parentes meos peruenero· Ab/
bas hec audiens ad thesaurum suū accessit ⁊ tabellas
quas in cunabulo suo inuenit ei ostendit dicens·

Nunc fili lege interius ⁊ qualis es clare inuenies. Cum vero legisset q inter fratrem ⁊ sororem esset genit⁹ ad terram cecidit ⁊ ait. Heu mihi quales parentes habeo Ad terram sanctam pergam ⁊ pro peccatis parentum pugnabo ⁊ ibi vitam meam finiam. Peto ergo domine instanter vt me ad miliciam promoueas quod ⁊ fecit. Cum autem licentiam de recessu recepit fact⁹ ē plāctus magnus in cenobio dolor in populo ⁊ in circuitu lamentatio. Ad mare se transtulit ⁊ conuenit cū nautis ut eum ad terram sanctam ducerent. Cum uero nauigassent ventus eis erat opposit⁹ ⁊ subito ducti sunt ad eandem ciuitatem in qua erat mater eius in castro. Qualis erat ciuitas aut quod regnum penitus naute ignorabant. Cum autem ciuitatem miles intrasset quidam ciuis ei occurrebat ⁊ ait ei. Domine quo tenditis Et ille. Hospitium quero. Ciuis vero ad domum suā eum cum tota familia sua duxit ⁊ splendide eis ministrauit. Cum uero in mensa sederent dominus gregorius dixit hospiti. Domine qualis est ista ciuitas ⁊ quis dominus istius terre. Ait ille. Carissime vnum uiruꝫ ualentem imperatorem habuimus qui mortuus est i terra sancta. qui nullum heredem preter suam sororeꝫ p⁹ se reliquit. Quidam dux eam in uxorem petiit que nullo modo copulari intendit. Ille ex hoc indignatus totum regnum istud excepta ciuitate ista manu forti acquisiuit. Ait miles. Nunquid secretum cordis mei potero secure propalare. Ait ille. Domine etiam cum omni securitate. Qui ait. Miles sum per gladium. Si placet die crastina ad palacium pergas.

⁊ cum seneschallo sermonem de me facias ꝙ si sallarium mihi dederit pro iusticia domine isto anno pugnabo Ait ciuis. Non dubito domine quin de aduentu tuo gaudebit toto corde. Die crastina ad palacium pergã ⁊ finem huius rei faciam. Mane surrexit ad seneschallū perrexit ⁊ de aduentu eius intimauit. Ille non modicū gaudens pro domino gregorio nuncium destinauit. Cum eum vidisset domine est presentatus ⁊ multum commendatus. Quem cum vidisset intime eum respexit. sed ꝙ erat filius eius penitus ignorabat. ipsa eum submersum a multis annis credidit Seneschallus in presencia domine eum conduxit vt per integrum annū ei ministraret. Die crastina ad bellum se preparauit. Ad est dux in campo cū exercitu magno dominus gregorius bellum aggreditur. omnes penetrauit quousqꝫ ad ducem peruenit quem in eodem loco occidit. ⁊ caput eius amputauit ⁊ victoriam obtinuit. Miles vero post hoc de die in diem proficiebat. Fama eius vndiqꝫ currebat sic ꝙ antequam annus fuisset completus totum regnum a manibus inimicorum acquisiuit. Deinde ad seneschallum venit ⁊ ait. Carissime vobis constat in quo statu uos inueni ⁊ ad quem statum duxi. Rogo ergo trade mihi sallarium. quia tendo pergere ad aliud regnum. ait seneschallus. Domine plus meruisti quam ex conuencione tenemur tibi. Ideo ad dominam nostram pergã vt de statu ac de mercede finem faciam. Cum autem ad dominam venisset ait. O domina carissima dicã vobis aliqua verba proficua. Ex defectu capitis omnia mala sustinuimus. ideo bonum est virum accipere

per quem poterimus de cetero securi esse. Regnum ues/
trum in diuitiis abundat. ⁊ ideo uirum propter diuiti
as accipere non consulo Unde ignoro ubi melius ad
honorem uestrum ⁊ commoduʒ totius populi poteri
tis uirum accipere q̃ dominum gregorium. Illa uero
solebat semper respondere uoueo deo q̄ nunq̃ copu/
labor uiro. Sed ad uerbum senescalli diem deliberatõ
nis constituit ad respondendum. Adest uero dies. cun
ctis audientibus domina dixit. Ex quo dominꝰ gre/
gorius ualide nos ⁊ regnum nostrum de manibus in/
imicorum liberauit eum in uirum accipiam. Hec au/
dientes gauisi sunt ualde. Diem nuptiarum constitue/
runt. ambo cum magno iubilo ⁊ consensu totius impe
rii in matrimonio sunt coniuncti filius cum matre pro
pria. Sed quales essent uterq̄ ignorabat Facta est in
ter eos dilectio magna. Accidit quadam die q̄ domi
nus gregorius ad uenandum perrexit. Ait quedam
ancilla domine. O domina carissima. Numquid domi
num nostrum regem in aliquo offendistis. Que ait. In
nullo Credo q̄ in mundo non inueniunť duo ad inui
cem ligati in matrimonio qui tantū se diligūt mutuo.
sicut dñs ⁊ ego. Sed dic mihi carissima q̄re protulisti
talia uerba. At illa. Omni die quando ponitť mẽsa do
minus noster rex illam cameram priuatã intrat letꝰ. ſʒ
cum exierit lamentationes ⁊ fletus emittit. Deinde faci
em lauat. Sʒ quare hoc fit penitus ignoro. Domina
cum hoc audisset cameram illam sola intrauit de fora
mine in foramen intime respexit donec ad illud foramẽ
uenit in quo tabelle erant. quas singulis diebꝰ solebat
legere. quomõ inter fratrem ⁊ sororem esset genitus

tunc amare fleuit. Ille eniz erant tabelle que in cunabu
lo suo erant inuente. Domina vero cum tabellas inue/
uisset statim noticiam illarum habebat. aperuit scrip/
turam legit de manu propria. Intra se cogitabat. Nū
q̄ homo iste ad tabellas venisset nisi filius meus esset
cepit alta uoce clamare ac dicere. Heu mihi ꝙ suz na
ta ac in mundo edita vtinam in die conceptionis mee
mater mea fuisset extincta. Cum esset in aula clamor
audientes milites domine ad dominaz cucurrerunt cū
ceteris ⁊ illam iacentem in terra inuenerunt. ⁊ per lōgū
tempus circa eam steterunt anteq̄ uerba ab ea habere
potuerunt. Deinde os aperuit ⁊ ait. Si diligitis uitaz
meam statim dominum meum querite. Milites hec au
dientes statim equos ascenderunt ad imperatorem e/
quitabant ⁊ ei dixerunt. Domine regina in periculo
mortis iacet. Ille hoc audiens ludum dimisit ⁊ ad ca
strum perrexit. Cameram in qua domina iacuit intra/
uit. Domina cum illum uidisset ait. O domine omnes
exeant preter vos ut nullus audiat que vobis dixero
Cum autem omnes essent expulsi ait domina. O caris/
sime de qua progenie es tu dicite mihi? Qui ait. Ista
est mirabilis questio. scias sine dubio ꝙ de longinqua
terra sum ego. Et illa. Deo voueo ꝙ nisi dixeris mi/
hi ueritatem me cito morientem uidebis. Qui ait. Et
ego dico tibi ꝙ pauper eraz nihil habens preter arma
mea cum quibus vos ⁊ totum regnum a seruitute libe
raui. At illa. Dic mihi modo de qua terra es oriund9
⁊ qui erāt parentes tui. ⁊ nisi mihi ueritatē dixeris nū/
q̄ cibū gustabo. ⁊ ille. uobis de ueritate fatebor. qdaz

abbas ab infantia me nutriuit et mihi sepius dixit quod in quodam dolio me inuenit infra cunabulum et ab illo tempore usque in presens me nutriuit quousque ad partes istas veni. Domina cum hec audisset tabellas ei ostendit et ait. Nunquid istas tabellas nosti. Ille cum tabellas uidisset ad terram cecidit. Illa uero ait. O fili dulcissime tu es filius meus vnicus. tu es maritus meus et dominus meus tu es filius fratris mei et meus. O fili dulcissime in dolio cum istis tabellis posui te postquam peperi te. Heu mihi quare de vulua eduxisti me domine deus meus quia tot mala sunt per me perpetrata. fratrem meum proprium cognoui et te ex me genui vtinam consumpta essem ne oculus me uideret et fuissem quasi non essem de utero translata ad tumulum. ad murum caput percussit et ait. O domine deus meus ecce filius meus. maritus meus. et filius fratris mei. Ait dominus gregorius. Credebam me euasisse periculum et iam in rethe dyaboli cecidi dimitte me domine ut plangam miseriam meam. Ve mihi ve. Ecce mater mea amita mea uxor mea. Ecce sic dyabolus conclusit me. Mater cum in filio tantum dolorem vidisset ait. O fili dulcissime pro peccatis nostris peregrinabor toto tempore uite mee. Tu uero regnum gubernabis. Qui ait: Non fiet ita in regno mater expectabis. Ego uero peregrinabor donec peccata nostra a deo sint dimissa. De nocte surrexit. lanceam suam fregit vestimentis se induit peregrini. matri valefecit. et nudis pedibus ambulauit quousque extra regnum peruenit. Deinde ad quandam ciuitatem in noctis obscuritate venit ad domum vnius piscatoris. a quo hospitium pro

dei amore petiuit. Piscator eum diligenter respexit. et
cum membrorum decentiã ꝛ corporis dispositionẽ vi
disset. ait ei. Carissime verus peregrinus non es hoc he
ne apparet in tuo corpore. At ille. Licet verus peregri
nus non fuero hospitium tamen pro dei amore nocte
ista peto. Uxor piscatoris cum eum vidisset pietate
mota preces fundebat pro eo vt introduceretur Cum
autem introductus fuisset retro ostium grabatum pa/
rari iussit. piscator pisces cum aqua ei dedit ꝛ panem.
Et inter cetera ei dixit Tu peregrine si sanctitatem cu/
pis inuenire loca solitaria deberes accedere. At ille Do
mine libenter hoc attemptarem sed locum talem igno/
ro Qui ait De crastina mecum pergas ꝛ ad locum soli
tarium te ducam Et ille Deus sit tibi merces Mane ue
ro piscator peregrinum excitauit intantum enim festia
bat ꝙ tabellas suas paruas retro ostium dimisit. Pis
cator cum peregrino mare intrauit per sedecim milia/
ria in mari nauigabant. donec ad quandam rupem p
uenit habens circa pedes eius compedes que sine claue
non poterãt aperiri. Sed postꝙ̃ compedes serasset cla
ues in mari proiecit. Deinde domum rediit. Peregrinꝰ
iste per. xvii. annos in penitentia remansit. Accidit ꝙ
papa moritᷣ. Ipso mortuo. uenit vox desuper de ce
lo dicens. Querite hominem dei ꝛ illum in vicariuȝ
meum constituatis nomine gregorium. Electores hoc
audientes gauisi sunt valde. Nuncios per diuersas
partes mundi miserunt. vt eum quererent. Tandem
in domo piscatoris hospitati sunt. Cum uero in ce
na fuissent piscatori dixerunt. O carissime

multum uexati sumus· per regna ⁊ castra querendo
vnum sanctum uirum nomine gregorium quem ī sum
mum pontificem constituere debemus ⁊ non inuenimꝰ
Jlle uero cum de peregrino fuisset recordatus ait· Jaȝ
sunt xvii· anni· ꝙ vnus peregrinus nomine gregorius
in domo ista est hospitatus quem ad quēdam rupem
in mari duxi ⁊ ibidem dimisi· sed scio ꝙ a multo tēpo
re mortuus est· Accidit ꝙ eadē die pisces accepit ⁊ dū
vnum piscem extraxisset claues quas septēdecim an/
nis in mare proiecit· infra piscem inuenit· Statim alta
uoce clamauit· O carissimi videte clauem quem in ma
ri proieci· vt spero de labore uestro non eritis frustra/
ti· Nuncii hec audientes gauisi sunt valde· Mane ue/
ro surrexerunt piscatorem rogabant. ut eos ad rupem
duceret· Quod ⁊ factum est. Cum autem ibidem uenis
sent dixerunt· O gregori homo dei ad nos perge ex
parte dei omnipotentis ad nos ascende quia dei volū
tas est ut eius vicarius in terris constitutus sis· At ille
Quia deo placet/ eius voluntas fiat· Jllum extra ru/
pem duxerunt· Anteq̄ȝ ciuitatem intrauit omnes cāpa/
ne ciuitatis per se pulsabant· Ciues hec audientes dix
erunt· Benedictus altissimus. iam uenit qui xp̄i uicari
us erit. Omnes ei obuiam processerunt ⁊ cū magno ho
nore eum receperunt ⁊ xp̄i vicarium constituerunt·
Beatus gregorius in vicariatu constitutus in omnibꝰ
se laudabiliter habebat· Fama eius per orbem vo/
labat· ⁊ ꝙ tam sanctus cristi vicarius constitutus erat
Multi ex omnibus partibus mundi veniebant· vt eiꝰ
consilium ⁊ auxilium haberent ab ipso· Audiens
uero hoc mater eius· ꝙ tam sanctus homo

xp̄i vicarius factus esset intra se cogitabat ubi iã meli
us potero accedere ꝙ ad istum sanctum uirum ⁊ uitã
meam ei intimare. Verumtamẽ ꝙ esset filius eius ⁊ ma
ritus penitus ignorabat. ad romam perrexit ⁊ xp̄i vi
cario est confessa ante confessionem nullus aliũm cog
novit. Sed papa cum confessionẽ matris audisset no
titiã eius per omnia habebat ⁊ ait. O mater dulcissima
uxor ⁊ amica. dyabolus credebat nos ducere ad infer
na. ⁊ nos euasimus dei gratia. Illa hec audiens ad pe
des eius cecidit ⁊ pre gaudio amare fleuit Papa uero
de terra eam leuauit ⁊ in eius nomine monasteriũ con
stituit in quo eam abbatissam fecit ⁊ infra pauca tem/
pora ambo animas deo reddiderunt.

Moralizatio.

Karissimi iste imperator est dominus noster ihūs
xp̄s qui sororem suam id est animam fratri id ē
homini qui homines xp̄i fideles sumus eius fratres. ⁊
anima est soror ⁊ dei filia sed in quantum anima ho/
mini coniungitur caro dicitur proprie eius soror. In prin
cipio caro habet animam in omni honore dum cõtra
eam nihil quod displiceat deo agit. tenetur eam ex pre
cepto diuino nobili uiro maritare. scz deo per opa mi
sericordie Isti duo corpus ⁊ anima mutuo se diligũt
intantum ꝙ in una camera iacent. hoc est in uno cor/
de in una mente ꝙ diu dei precepta perpetrant ⁊ ĩ una
scutella comedunt. hoc est in una voluntate se dispo/
nunt quando baptismum receperunt ⁊ pompis dya/
boli renunciabant. Sed heu ⁊ prochdolor homo se/
pius ex instigatione dyaboli sororem violat. hoc est
animam cum viciis ⁊ concupiscentiis

corrumpit·ita q impregnat᷑ et parit Filium· Per Filiu᷑ istum intelligere debemus totum genus humanum · q a primo parente procedebat· Adam enim erat Filius dei primogenitus cui debebat᷑ regnum istius mūdi· Juxta illud psal· Omnia subiecisti sub pedibus eius etc· Sed iste in mandatis habuit Filiam dei sororem eius scilicet aīam in ōni honore· Ille vero per dyabolu᷑ deceptus corrupit eam quando de pomo comedit· Unde filius scilicet totu᷑ genus humanum ab eo processit et in dolio ex sensu mi litis scilicet spūs sancti missus ē in miseriam huius mundi maris·scilicet proiectus ubi natabat per multa tempora· Primus pater mortuus erat et ad infernum descendit· derelicta est anima nuda· Et ideo dux scilicet dyabolus· eam inuasit quousq Filius dei venit scilicet deus et homo· et liberauit non solum matrē sed et totum regnum· id est genus humanum per suā passionē quia ōtra ducē id ē dyabolū pugnauit et uictoriā obtinuit et terram amis sam scilicet paradisu᷑ nobis recuperauit· Post hec matrē suam id est sanctam ecclesiam desponsauit·per quā ta belle erant scripte id est decem precepta· que moyses a deo recepit· Illa singulis diebus debemus uidere et ī cordibus nostris imprimere et sacram scripturam respicere legere et intelligere ubi inueniemus quomō iste san ctus iob terre loquebat᷑ dicens Pater meus es et soror mea uermibus· Si istud intime cogitare uolumus ma teriam flendi habemus· Sed querendum nobis est·qs traxit nos de dolio Certe abbas/ deus ipse per Filium suum unigenitum quotidie nos trahit per suam grati am de miseria peccati et dat nos ad nutriendum pisca tori Piscator iste potest dici quilibet prelatus qui hēt

peccatorem in bonis operib9 nutrire ⁊ eum ad cristi militiam promouere tunc poterit iter monachos scilic3 sanctos viros conuersari ⁊ sanct9 esse. Juxta psalmi/stã. Cũ sancto sanct9 eris ⁊c. Deinde per nauē ecclesie scilic3 secundum precepta eius transire ⁊ viriliter pugnare cõtra dyabolum ⁊ per cõsequens ad magnas diuitias puenire. Diuitie iste sunt virtutes p quas ani/ma dicatur que recipitur ĩ domo ciuis sc3 prelati Et p̃latus eum ducit ad senescalum confessorem per quē dirigitur ad viam salutis. Et quare? q3 pugnat pro dña id est anima. Sed sepe contingit q̃ homo recidiuat. p̃git ad venandum sc3 mundi vanitatem. Domina scilicet anima dolet quando de tabellis scriptis id ē transgressionibus perpetratis recordatur. Et ideo milites sc3 omnes sensus tenent' hominem a ludo mundi reuocare. immo deus ipsum uocat dicens. Reuertere reuertere ⁊c. Sed quando homo uidet animam per peccatu3 prostratam debet se ad terram proicere. hoc est ad õnem humilitatem se parare. Vestimenta id est vicia deponere ⁊ lanceam male uite per confessionem frangere Et sic peregrinando in bonis uirtutibus pergere dõec ad domum piscatoris sc3 prelati perueniat de cui9 cõsilio ad rupem penitentie includi debes quousq3 nun/cii id est viri ecclesiastici cum penitentia fuerit consummata ducent te ad romanam ciuitatem. Ciuitas ista ē scã mr̃ ecclia in q̃ dēm9 pmanere hoc ē ei9 pcepta adi/plere ⁊ cãpane pulsabunt' sc3 per opa misericordie p penitentiã recupata de te laudabile testimoniũ phibebũt ⁊ ciues gaudebũt id ē angeli dei de peccatore sicut scriptum est Luce. xv. Gaudium est angelis dei super

o

vno peccatore penitentiam agēte Et tunc poteris do minam id est animam ad monasterium regni celestis p ducere. Ad quod ꝛc.

De iudicio adulterantium. Capitulum.lxxvii.

Vidam miles erat qui castrum pulcherrimū hē/bat super quo due cyconie nidificabant. Sub ca stro erat fons clarus in quo cyconie solebant se balne are. Accidit ꝙ femella pullos produxit. masculus ue/ro per terram uolabat vt pullis cibum colligeret Illo abeunte femella est adulterata sed anteꝗ̄ masculus ve niret ad fontem descenderat ut se lauaret ne masculꝯ fe torem adulterii sentiret. Miles cū hoc sepius uidisset admirabatur fontem clausit ne cyconia se lauaret ꝉ bal nearet. Illa uero cum fontem clausū uidisset ⁊ nō po terat se lauare post adulteriū commissū ad nidum est reuersa. Masculus ueniens ⁊ fetorem adulterii senti ens inde uolauit ⁊ infra diem naturalem secum multi tudinem cyconiarum duxit ⁊ in presentia militis eam occiderunt.

Moralizatio.

Karissimi iste due cyconie sunt xp̄us ⁊ anima. ani ma est xp̄i sponsa ⁊ quotienscunq̄ fuerit per pec catum adulterata ad fontem confessionis recurrat. vt possit mundari. ne xp̄us eius sponsus fetorem adulte rii sentiat. Miles qui fontē clausit est dyabolus qui cor hominis obturat. qui semper nititur hominem im pedire. ne currat ad fontem confessionis. ⁊ ne homo confiteatur. Unde si xp̄us in die iudicii te inuenit nō lotum id est non confessum. sine dubio ꝯtra te ueniet cum multitudine angelorum ⁊ eternaliter te occident.

De timorosa custodia anime. Ca. lxxxiii.

Rayanus regnauit qui miro modo ortos di
lexit. Unde semel cum quendam ortũ cõstrux
isset ⁊ arbores uniuersi generis ĩ eo plantasset
custodem super ortum constituit ut fideliter custodi/
ret Erat autem quidam aper strẽnuus qui ortũ ĩtrauit
arbores confudit ⁊ euertit Hoc percipiens custos no/
mine ionathas auriculã eius sinistram abscidit. Aper
uero amissa aure clamauit ⁊ exiuit. Altera uero die aper
intrauit et infinita mala perpetrauit in orto. Hoc vi
dens ionathas aurem eius dextram abscidit et cũ cla/
more valido aper exiuit hoc non obstante tercia vice
intrauit. Quod videns ionathas caudam eius absci/
dit et sic turpiter cum clamore aper exiuit. Adhuc q̃r/
ta vice intrauit et multa mala perpetrauit. Jonathas
illum cum lancea perforauit et mortuus est et coquina
rio traditus ut pro mensa regis prepararet. Rex uero
de quolibet animali cor plus dilexit q̃ꝫ aliquid aliud
Cocus uero cum aprum preparasset et cor pingue vi/
disset comedit. Sed cũ regi de apro fuisset a seruitori/
bus ministratum cor quesiuit. Seruitores vero ad co/
quinarium redierunt ⁊ cor apri appetebãt. Ait ille. Dic
domino meo ꝙ aper nullum cor habebat. ⁊ si non cre
dat per uarias rõnes obligo me oñdere Serui hoc au
dientes oĩa uerba regi denũciabãt. Ait rex Quid ẽ hoc
qđ audio. Nõ ẽ aĩal sine corde. ſꝫ ex quo offert se ad
probandũ eũ audiem9. Coquinari9 erat uocat9 ad re/
gem ut probaret ꝙ aper cor nõ hẽret Cui ait. Dñe mi
audite me. Oĩs cogitatio a corde ꝓcedit. hñ sequitur.
si nulla est cogitatio nec cor ullum. Aper iste primo

intrauit ortum ꝛ multa mala cõmisit Ego uero hoc ui
dens aurem eius sinistram abscidi · Si cor habuisset de
aure abscisa cogitasset Sed hoc nõ fecit · quia iterato
intrauit ergo cor non habebat · Item si cor habuissꝫ qñ
aurem dexteram abscidi hoc cogitasset Sed nõ cogita
uit de aure dextera amissa · quia post hoc itrauit ꝛ cau
dam amisit · ergo si aliquam partem cordis habuisset
de auribus ꝛ de cauda cogitasset. Sed hoc non fecit ·
quia post oĩa ista intrauit · Ideo eũ occidi · Et p istas
tres rões ondo ꝙ cor non habebat · Rex uero cũ hoc
audisset rões approbauit · ꝛ sic coquinariꝰ euasit ·

Moralizatio .

Arissimi rex iste est dñs noster ihesꝰ xps · qui mi/
ro modo ortos ꝛ uineas diligit id ẽ status ho/
minum · Sicut sunt uiri ecclesiastici religiosi ꝛ boni xpi
ani · in quorum cordibus dominus noster plãtat quo
tidie diuersa genera arborum id est uirtutũ · sicut sunt
decem precepta · septem opa misericordie · quatuor uir
tutes cardinales ꝛ tres theologice · Custos est prelatꝰ ·
qui habet ista custodire · Aper est homo diues ac po/
tens huius seculi · qui potius sensui proprio credit · [illegible]
alteri · Iste intrat statum suum quẽ accepit ĩ baptismo
Et mala infinita committit quãdo peccatum mortale
perpetrat quia uiolat uirtutes quas in baptismo rece
pit · Hoc uidens deus per ionatham id est per mortẽ
a nobis aufert aurem sinistram · id est consanguineum
tuum interficit · ut per hoc uitam tuam malam corri/
gas · Sed miser homo ad tempus dolet ꝛ cito ad uo/
mitum reuertitur ꝛ dei precepta iterato uiolat · Hoc
uidens deus aufert ab homine aurem dexteram

id est filium uel filiam ut sic te corrigas. Sed miser bo mo per breue tempus mortē eorū dolet et redit ad ma la opera ꝗ tunc aufert ab eo caudā id ē uxorem ut sic flagellatus corrigatur nec per talia emendat᷑ tunc de9 eū interficit et coquinario id est dyabolo tradit i die iudicii. Non est in homine res quam deus magis dili/ git ꝗ̄ cor id est animam. Tunc dyabolus allegabit ꝙ animam deo obedientem non habet. Et dicet ad xp̄m Iste mihi obediens fuit et tibi inobediens fuit. Si ha buisset animam rectam nunꝗ̄ p̄ceptum tuū violasset. Et sic deus priuabitur anima. qđ est dolendum.

De beneficiis dei semper memorandis. Ca lxxxiiii

Ompeius regnauit in cui9 regno erat quedam domina nimis pulcra et omnibus amorosa. Iuxta eam quidā miles habitabat satis gra tiosus ⁊ nobilis qui istam dn̄am sepius visitauit ⁊ a domina multum erat dilect9. Miles iste cum semel do minam uisitasset uidens falconem super manum eius. quem miro modo concupiuit ait. O dn̄a si unꝗ̄ ꝓ te feci aut si me diligis da mihi falconem. Dn̄a ait᷑ Tibi concedo. Sed vnum est ꝙ non tantum illu3 diligas vt a societate mea te separes. Miles ait. Absit hoc a me ut propter aliquā rē me separem a te. nunc amplius tene/ or te diligere ꝗ̄ ante. Domina falconem ei dedit. Ille uero ei valefecerat ⁊ tantum in falcone delectabatur ꝙ dominam non visitabat ⁊ paru3 de ea cogitabat. sed singulis diebus cum falcone ludebat. Domina sepi/ us nuncios ad eum misit ⁊ non venit. Tandem domi na ei scripsit vt sine dilatione vlteriori ad eam cum

falcone veniret· quod ⁊ fecit· Qui cū venisset. ait ei domina· Ostende mihi falconem· quem cū apprehendisset corā eo caput a corpore extraxit· Miles non modicū dolens ait· O domina quid fecisti? Que ait. Non doleas sȝ potius gaude ⁊ letare quia falco erat causa q̄re me non visitasti sicut ante fecisti· ideo falconeȝ occidi ut ad me redeas frequenter sicut solebas· Miles vero uidens ꝙ ex pia causa dn̄a hoc fecerat ei placuit ⁊ eaȝ sicut prius uisitauit·

Moralizatio·

Karissimi rex iste est pater celestis· Domina tā pulchra natura humana deitati in xp̄o coniuncta· Miles quilibet xp̄ianus qui dominum deū suum āte omnia tenet' diligere ⁊ eum sepius per opera meritoria uisitare· Falco sunt bona temporalia que de9 dat homini ut eum probet· sed cum miser homo diues factus fuerit similis factus est iumentis· quia non recordat' de dei bn̄ficiis nec eum uisitat sicut solebat· Deus hoc uidens aufert ab homine bona temporalia sanitatem prosperitatem vt priorem amorem habeat· non ꝙ deus illū odit quē sic castigat· sȝ q2 eum diligit· Juxta illud· Flagellat deus omnē hoīem quē diligit·

Quō oro nrā melodia ē corā deo· Ca·lxxxv

Tiberius regnauit qui miro modo melodiam dilexit audire. Unde semel accidit ꝙ ad venanduȝ perrexit· quandam melodiam cithare a parte dextera audiuit· ⁊ in tanta dulcedine delectabatur· ꝙ quasi extra se raptus est· Equum peruertebat versus locuȝ melodie ibidem equitauit· Cum autem ad locum uenisset quandā aquā latam a longe prospexit ⁊ iuxta aquaȝ

quidā pauper sedebat qui cithará ī manu tenebat. De ista cithara processit tanta melodia q imperator cum gaudio ē refocillat9. Ait ei rex. carissime dic mihi quō cithara tua ita dulciter sonat. Ait ille. Domine p trigī/ta annos et ultra iuxta istam aquā mansi. Dedit mihi deus gratiam talē in cithara q q̄n cito cordas eius tā/go exit tanta melodia q pisces istius aque ad manū meam ueniunt p quos meipsum et uxorem sustento cū familia Sed heu heu et pchdolor Iā infra paucos di es ex alia parte aque uenit quidam sibilator qui ī tā/ta dulcedine sibilat q pisces me dimittunt et ad eū ibūt Ideo domine sicut vos estis potens quia domin9 to tius imperii contra sibilatorem prebeatis mihi vestrū auxiliū. Ait rex carissime ī nullo potero te adiuuare ni si in uno ī hoc tibi sufficiat. in loculo meo hamū au/reum habeo illum tibi dabo et in summitate uirge liga ri facias. Deinde cordas cithare tangas ad cui9 tactū pisces mouebuntur. et statī per hamum eos ad terram trahit et sic sibilator de loco recedet cum confusione. Pauper uero omnia adimpleuit et pisces anteq̄ ad si bilatorem poterant accedere per hamū ad terrā traxit Sibilator hoc videns cum confusione recessit.

Moralizatio.

Ami iste imperator est dominus noster ihesus xp̄s qui miro modo melodiam sc3 scām ora/tionē audit et diligit qui uenat' per sua certa aīalia id est animas quas dyabolus conabat' auferre Aqua ista in qua sunt pisces ē mūd9 iste q ē plen9 pec catorib9 Paup iuxta aquā ē predicator qui habet ci tharam. i. sacram scripturam cum qua dēt pisces id ē

pctōres ad terrā siccam scȝ ad regnum celeste pducere ꝑ psalmista. In timpano ꝛ choro ꝛc. Sed heu ꝓch do lor diebus istis qn̄ predicator icipit cithară facere scrip ture tangere ꝛ predicare adest statim sibilator scȝ dya bolus qui sibilat tā dulciter dū ꝑdicator ꝑdicat ꝙ ho mines ꝑdicationē nō libenter audiūt. Unde est notan dum ꝙ dyabolus hꝫ diuersas sibilatōes. Primo fa cit aliquos dormire ut uerbum dei nō audiāt Secūdo quos ad dormiendū allicere nō pōt facit eos garrula re. Tercio quos nō pōt facere garrulare facit eos locū dimittere uel nihil sapere quod predicator predicat. Unde necesse est predicatori hamum diuine gratie pe tere per quē poterit peccatores ad deū ducere. Et ut ita sit semper in principio sermonis ꝓ diuina grā ro gatur.

Qꝫ pctōrib⁹ diuinā grāȝ exposcentib⁹ dn̄s miseri corditer ꝯdescendit. Ca. lxxxvi

Rat quidam imperator qui statuit pro lege. ꝙ si mulier sub uiro suo eēt adulterata ꝑpetuo carce ri eēt mancipanda. Accidit ꝙ quidā miles mulierē no bilem desponsauit quam multum dilexit Ille uero ad peregrinandū in partib⁹ longinqs perrexit. Uxor ue ro p⁹ eius recessum adulterata ē ꝛ de adulterio ꝯce pit. Cū uero ꝯtra eā legittime erat ꝓbatū ex precepto imperatoris carceri est adiudicata. Que in carcere filiū pulcherrimum peperit. Puer uero creuit ꝛ ab omnib⁹ est dilectus qui eum uiderunt. Mater uero gemitus ꝛ suspiria continue emisit nec consolari poterat. Accidit una die cum puer matrem flentem uidisset ait ei. Ob quam causam carissima mater sic affligitur ani

ma tua. Ait mater. O fili dulcissime multum habeo fle re. Ultra capita nostra ē accessus hominum ꝛ sol lucꝫ in claritate sua nos uero hic sumꝰ in tenebris ꝛ nullum lumen habemus. Ait filiꝰ. O mater dulcissima illam lu cem quā dicis sup capita nrā nunq̄ uidi. quia in isto carcere natus fui. Dummō copiā cibi ꝛ potus habue/ ro mihi hic sp placet permanere dum uixero. Dū āt sic loquerent adinuicem imperator cum militibus ad os/ tium carceris stabat. Ait unus miles regi. Dn̄e non au disti istam lamentationē in carcere inter matrem ꝛ fili/ um. At ille. Etiā optime audio ꝛ eis compatior. Mili tes dixerunt. Dn̄e rogamus ut fiat eis grā ꝛ misericor/ dia. Quibus dixit rex. Ad preces uestras ocedo. ābos q̄ de carcere duxerunt ꝛ ab oī pena liberauerunt.

Karissimi iste imperator est pater celestis qui istam legem dedit q̄ si mulier id est anima sub uiro. id est xp̄o fuerit per peccatum mortale adulterata perpe tuo carceri infernali adiudicabit. sicut sic decebat. Domi na ista in carcere fleuit amare. Et quare? Certe quia ui olauit animam suam. regnum eternum perdidit. scām ecclesiam depriuauit uirtutibus quas in baptismo re/ cepit per peccatum spoliauit. Puer qui dixit duꝫ cibū habuero mihi placet hic permanere. sunt mundi poten tes ꝛ diuites qui dicūt. si deus eis daret mundum. ꝛ ꝓ uoluntate carnis delitias lumen celi nunq̄ desiderarēt De talibus ualde dolendum est. Miles qui stetit iux ta ostium potest dici bonus prelatus. qui habet pro peccatoribus intime deum rogare. ut det eis gratiam diuinam a carcere peccati resurgere.

ꝙ poterunt ad eternã uitã intrare. Quã nobis ꝛc.

Q xp̄s se pro nobis morti exposuit. Ca lxxxvii.

Quidam fuit imperator qui in quodã bello mortali expositus fuit mortemq̄ uix potuit euadere Quod percipiens quidam miles strenuus interposuit se inter imperatorem ꝛ hostes eius ita ꝙ imperator euasit sine lesione. Miles aũt pro eo diuersa vulnera accepit. curatus est cum magna difficultate. Tamen cicatrices in eo sp̄ permanserunt ꝛ ab oīb9 ē ꝯmendat9. ꝙ taꝫ egregie pro domino suo pugnassꝫ. Accidit postea ꝙ ille miles debuisset hereditatem suam iniuste amittere. accessit ad prefatum imperatorem rogauit ut cũ iuuaret ꝛ sententiam pro eo daret. At ille. Carissime nõ possum tibi ad presens attendere sed dabo tibi iudicē q cām tuã examinabit ꝛ qđ iustũ fuerit faciet. At ille. O dn̄e cur talia dicis. statī corã oīb9 oīa uestimenta sua dilacerauit ꝛ usq̄ ad nudã carnē cicatrices vulneruꝫ ei ostendit dicens. Ecce quid sustinui pro te ꝛ tu non uis pro me iudicare nec me iuuare. Est ne inquit iustum postq̄ tantũ pro te sustinui ut ali9 q̄ turpe sit i causa mea iudex ꝛ aduocat9 pro me. Imperator hec audiēs ait. O carissime ueꝝ dicis qñ in periculo mortis fui tu ꝛ non alius me saluasti. statiꝫ pro tribunali sedebat rex ꝛ iudicium pro eo dedit.

Moralizatio.

Carissimi xp̄s in bello mortali inter te ꝛ dyabolũ seip̄ꝫ iterposuit ꝛ suscepit ꝓ te vulnera mortalia ñ solũ vulnera sꝫ morte turpissiã mortui9 ē. ē ne iō iustũ

q alius q tu penam sustineas uel penitentiã. p suo a more. Certe non. Si duo Fres sint heredes alicuius here ditatis. quã hereditatem aliquo casu amiserunt si alter eorum pro hereditate recuperanda pugnauerit labo rauerit q alius nihil s sine omni labore eã habere uel let. esset hoc iustum? Certe nõ. Sic ẽ de nobis et de xpo Nos amisimus hereditatem regni celestis per peccatũ. Xps uero per suam mortem acquisiuit. Jõ iustum est ut nullus alius pro te faciat quo poteris mereri q tu ipse si desideras uitã eternã obtinere. Quã ꝛc.

De cautela dyaboli qua multos ad interitum sub ducit Ca lxxxviii.

E quodam principe narratur qui cum omnibus vi ribus suis nõn poterat hostes suos deuincere fe cit hanc cautelam. Simulauit fugam et castra sua cum victualibus hostibus dereliquit. Jn quibus castris do lia multa plena vino infecto dimisit per semẽ cuiusdã herbe. Jta q homo bibens de vino illo statim obdor miret. Sciuit etiam hostes famelicos et gulosos. qui su per uinum cum gaudio superuenientes et ad libitu suum bibentes. statim semimortui dormire compellebã tur super quos princeps rediẽs omnes ad libitum su um occidit.

Karissimi hac cautela utitur dyabolus contra illos quos uidit non posse superare simulat se fugere. et procul abesse dum eos sub spe bone amicicie et sola cii diu permittit ad tabernas sedere ut inebriatos du cat quo voluerit nunc ad homicidium nunc ad luxu riam ꝛc. Caueamus ergo a tali potu si desideramus venire ad eternã uitã Ad quã ꝛc.

De triplici statu mundi. Capitulum lxxxix.

Miles quidā erat qui tres filios habebat q cū mori deret primogenito suo hereditatē legauit. Secūdo filio thesaurum suū. Tercio filio anulum preciosū qui plus valuit ꝙ totum quod legauit aliis duobus etiam primis dedit anulos duos non tam preciosos. Omnes anuli fuerunt eiusdem forme. sed non eiusdem uirtutis. Post mortem patris dixit primus filius. ego habeo anulum preciosum patris mei. Secundus filiꝰ dixit. tu non habes sed ego habeo. Tercius dixit. Nō est iustum ꝙ vos habeatis quod senior habet hereditatem ⁊ alius thesaurum. Ergo ratio dictat ut ego anulum preciosum habeam. Ait primus probemus in facto quis anulus sit preciosior ⁊ ille est melior. Ait ille. Mihi placet. Statim adducti sunt infirmi diuersi varias infirmitates habentes primi duo anuli nihil operati sunt sed anulus iunioris omnes curauit.

Moralizatio.

Karissimi miles iste est dn̄s nr̄ ihūs xp̄s qui tres filios habebat scʒ iudeos sarracenos ⁊ xp̄ianos. iudeis dedit terram promissionis. sarracenis dedit thesaurum huius mundi quantū ad potencias ⁊ diuitias. xp̄ianis dedit anulum preciosum. s. fidem. quia per fidem xp̄iani possunt uarias infirmitates ⁊ languores anime curare. sicut scriptū ē. Oia possibilia sunt credēti. Itē si habueris fidem sicut granum sinapis ⁊c. Itē impossibile ē sine fide deo placere.

De libertate arbitrii. Capitulū xc.

Ex aliquā erat in quodā regno ꝙ frater senior hereditatem diuideret ⁊ iunior digeret. Cuiꝰ ratio

est q2 maioris discretiōis ē diuidere q̄3 eligere. Senior aūt discretior eē dēt. Alia lex fuit q̄ liceret filiū ex ācil/ la hereditatem accipere. sicut ⁊ filium libere. Cōtigit āt duos fratres vnum de ancilla ⁊ vnum de libera heredi tatem diuidere. Frater enim senior diuisit sic. Ex vna parte totam hereditatem posuit. ⁊ ex alia parte matrē fratris sui posuit. Frater eius cogitabat matrem meaȝ ante omnia debeo diligere. ⁊ per ꝯsequens matrem pre elegit ⁊ hereditatem dimisit sperans de curialitate fra/ tris sui aliquid obtinere sed nihil ab eo obtiebat. Adi it iudicem. fratrem suum accusauit q̄ eum ab heredita te sua exclusit. Respondit frater suus ⁊ dixit q̄ euȝ de cepit. Quia ille qui eligit non qui diuidit certus est.

Moralizatio

Karissimi deus pater duos filios habuit Vnū de ancilla. alium de libera. De libera xp̄m qui est de eadem essentia de qua pater ⁊ coeternus sibi. De ancil la hominem. quia quo ad corpus est de terra ⁊ iste est minor. quia ex tempore produxit. Xp̄us filius senior hereditatem diuisit. Quō? Certe matrem id est terram ⁊ terrena posuit ex vna parte ⁊ ex alia posuit celum ⁊ ce lestia. Electionem tamen homini dedit q̄ si matrem id est terrena eligeret hereditate celesti careret. Sed re uera peccans mortaliter hereditate celesti spreta matrē elegit nec xp̄m poterit accusare. quoniam non qui di/ uidit sed qui eligit circumscribit. Patet ergo q̄ qui terrenas uoluptates preponit ⁊ in peccato mortali ex istens vitam eternam non potest de gratia nec de iure sibi vendicare seu presumere de hereditate. sed forte ex quadam pietate. Consulo ergo. vt non

eligamus matrem id est mundum istum quia totus in mali. gno positus est. Studeamus ergo eligere hereditatem celestem.

De accidia et pigricia. Capitulum .xci.

Plinius regnauit qui tres filios legitur habuisse. quos multum dilexit. Unde per se cogitauit disponere de regno suo. vocauit tres filios suos et ait. Qui uestrum est pigrior ille regnum post meum decessum habebit. Tunc ait primus filius patri. Mihi ergo debetur regnum uestrum. quia adeo piger sum quod ad ignem sedeo et prius crura permitto comburi quam inde me retraherem. Secundus filius ait. Pater mihi debetur regnum uestrum. Qui si circa collum meum funem haberem et mox suspendi deberem et gladium in manu mea tenerem propter magnam pigriciam meam ad scindendum funem manum meam non extenderem. Tercius filius dixit patri. Ego regnare debeo. quia in pigriciis ceteros precedo. dum supinus in lecto iaceo et gutte aque super utrumque oculum cadunt. propter magnam pigriciam caput meum mouere nescio ad dexteram uel sinistram nec uolo. Rex cum hoc audisset ei regnum legauit reputans eum pigriorem.

Moralizatio.

Karissimi iste rex est dyabolus qui est rex et pater super omnes filios superbie. ut Job dicit Per primum filium bene designantur illi qui sunt in societate peruersa scilicet in adulterio in fornicatione. post quam ad malum intendunt tamen magis eligunt in igne peccati cremari uel aduri. quam a tali prauo consortio separari. Secundus filius significat illum qui licet peccatorum suorum funibus uideat se circumplexum et ligatum

quibus mox suspendendus est ad inferni patibulũ· tñ ad eos scandendum manũ nõ extendit uidelicꝫ gladio lingue sue per uerbã confessionis· Tercius filius desig/ nat illum qui doctrinam audit de paradisi gaudio ⁊ i ferni supplicio ⁊ tamen prẽ nimia pigricia ducẽs statũ suũ prauũ scꝫ pctõꝝ nõ deserit ad dexteraꝫ premioꝝ amore ⁊ desiderio cõuertere· nec ad sinistrã ut peccatũ dimittat saltem metu ⁊ terrore infernalium tormentoꝝ

Xpus elegit mori propter uitam nostrã· Ca·xcii·

Egit̃ de quodã rege qui habuit uxorẽ noĩe cor/ neliam· Accidit quadã uice ꝙ in castro regis sub quodam muro inuenti fuerunt duo serpentes unꝰ mas culus altera femella· Quod audiens rex interrogauit a suis magistris ⁊ doctoribus quid hoc significaret· Et dixerunt illos serpentes ibidem latere in signum mor/ tis uiri uel mulieris· Et dixerunt si occideret̃ masculꝰ· uir moreret̃· Et si occideret̃ serpens femella· uxor mo reret̃· Quo audito rex dixit occidere masculum serpen tem ⁊ femellam uiuere· quia libentiꝰ uellet mortẽ suam ꝙ mortem uxoris sue ⁊ assignans causam dixit· Si uxor mea uiuit posset multos filios producere q pos/ sunt in regno meo succedere· Quia si ipa moreret̃ reg/ num heredem non haberet

Moralizatio·

Arissimi iste rex ẽ dñs nr̃ ihũs xp̃s q nos regit si cut rex· Cuiꝰ uxor ẽ hũana natura· s· i utero uirgi nis copulata· sꝫ i hoc mũdo q̃si i hac domo huiꝰ spõ si duo ꝑpentes fuerẽt inuenti· s· legis ãtique· ꝑpẽs femel/ la erat benignitas diuine miẽ· hec uxor hũana natura

viuere per gratiam non potuisset. Sed sponsus scʒ cri
stus elegit sibi mortē in cruce ut humana natura uiueret
Etiā pōt hunc sensum applicare de carne ꝛ spiritu. ita
oportet ꝙ caro tanꝗ masculus īfructuosus occidat.
De hereditate ꝛ gaudio fidelis anime. Ca. xciii.
Uidam potens dominus duos filios suos mi-
sit ad studium vt studerent ꝛ proficerēt ꝛ ex hoc
prebendam obtinerent. Transacto modico tempore.
misit eis pater litteras ut ad propria remearent. Fra
tres his auditis ad patriam ꝓperauerunt. Unus fra
trum ualde letus est de reuersione ꝛ cum rediit cum leti
cia receptus est ꝛ in hereditatem patris constitutus est
Alter frater de reuersione turbatus est ualde. Cui dum
rediit mater eius occurrens osculata est eum ꝛ osculan
do os eius dentibus abstulit. Soror sequens matrem
volens osculari eum abstulit ei nasum. Frater sequēs
abstulit ei oculos. Pater adueniens rapuit eum per ca
pillos ꝛ pellem abstraxit.

Moralizatio.

Karissimi iste diues est deus qui duos filios misit
ad studium scʒ corpus ꝛ animam ut studerent in
scolis huius mundi. ꝛ in bonis operibus proficerēt.
Et sic eternam uitam scʒ hereditatem possiderunt. litte
re sunt mors. hec littera mittit dum homo moritur aī
ma gaudens ad eum redit. que letanter recipitur ꝛ ī he
reditatem constituitur. Frater alter qui inuitus redit.
est corpus qui de reuersione turbat. Nec mirum. quia
miserrime collocatur. Soror ꝛ frater sunt bufones ꝛ s
pentes qui nasuʒ ꝛ oculos corrodunt. Pater est putre
do terre que capillos ꝛ cutem ꝛ carnē cōsumit de istis

parentibus dicitur Job. vii. putredini dixi ⁊c.

De anima pulcbra per peccati leprā īfecta pristinā pulcbritudinē habere non potest nisi per altos gemitus ⁊ profundā suspiria. Ca. xciiii.

Rat quidam rex volens peregre proficisci in longinquis partibus ⁊ habens unicaȝ filiā formosam sole splendidiorem nesciens cui fideliter committeret eam in custodia. Tamen commisit vni militi suo secretario quem tenerrime dilexit precipiens ei ut custodiret eam ne aggressum haberet ad fōtem vnum in illa terra uel regione prosilientem. Si biberet de ea efficeret leprosa talis nature fuerat. tamen suauissime suauitatis. ut eam miles tam formosaȝ redderet in regressu sue peregrinationis sicuti iam dictam acceptauerat perpendens predictus miles si ista nō faceret tunc totum seruitium suum perderet ausus qȝ nō esset suum dominum expectare. Custodia prehabita per aliquod tempus tandem dicta filia ueniens ad fontē occulte bibens qȝ de illo effecta est leprosa. Percipiens hoc miles dolore repletus fugiens cum eadem de regione ad desertum inueniens qȝ ibidem vnum reclusoriuȝ pulsans manibus intus heremitam quēdam inueniēs narrans sibi ōnia facta pnarrauit. Dans qȝ heremita dicto militi sanum consiliū dixit. Vade ad montem queȝ monstrauero tibi inuenies lapideȝ cū uirga quadam/cum dicta uirga percuties lapidē acriter donec habeas de eo humiditatē ⁊ liquorē cum illo lini eam ⁊ perunge ⁊ fiet sana ⁊ pristinam pulcbritudinē accipiet Fecit pdictus miles sicut sibi dixerat heremita. Filia aūt regis pstinam sanitatem ⁊ pulcritudinem

recepit.

Moralizatio

Karissimi iste rex est dñs noster ihũs xp̃us qui pe regre profectus est reddere uolens patri suo illud quod de purissima uirgine matre sua maria accepit uidelicet veram humanitatem qua in die iudicii reuersurus est. Per filiam vnicã anima nostra que decies clarior sole erit anteq̃ veniat ad eternam vitam significatur. Per militem quemlibet peccatorem intelliges p̃ omnia delectamẽta huius mundi uidelicet peccata q̃ sunt dulcia. Filia effecta est leprosa id ẽ pc̃tis plena. Per egressionem regionis quilibet peccator relinquens secularia ꝛ transitoria. Per reclusorium ecclesiam. per heremitam sacerdotem inueniens ac narrans. sanctã confessionem faciens. dans consilium penitentiaꝫ iniũgẽs per montem corpus propriuꝫ. per lapidem cor lapideum. per virgam penitentiam magnam videlꝫ castigationeꝫ proprii corporis. oratioẽs elemosinas ieiunia faciens. per humiditatem ꝛ liquorem lacrimas oculorum ac cordis contritiões. Sicut in die iudicii fiet. tua vnica filia sꝯ id est anima tua salua formosa ac suo creatori gratiosa ꝛc.

Qr xp̃s restituit nobis hereditatẽ supne p̃rie. c. xcv

Legit in gestis romanorum q̃ erat quidam tyrãnus maxentius nomine qui ciues romanos hereditate uoluit priuare. Incumbente igitur seuicia tyranni fugerunt exterminati ad constantinum regem in britaniam Deniq̃ cum multi fuerent excitauerunt eũ aduersꝰ tyrannũ dicentes. O constantine rex constitue nos

in regnū nostrū Ex his uerbis commotus est rex con/
stantinus armauit se. ascendit equum ⁊ tyrannum pro
strauit. ⁊ sic romanis hereditatem restituit.

Moralizatio.

Karissimi iste tyrannus est dyabolus. qui generi humano nimis fuit crudelis. sic ꝙ genꝰ hūanum celesti hereditate priuauit. Quod uidens genus huma/
num ad regem constantinum scꝫ ad deum fugit petens auxilium ab eo. Vñ psal. Apprehende arma ⁊ scutum. ⁊ exurge in adiutorium mihi. quia tu es qui restitues hereditatem meam mihi. His uerbis commotus est deus rex ⁊ armauit se cum se diuine nature copulauit ⁊ equum suum ascendit dum in cruce suspendi uoluit. Et sic tyrannum prostrauit. ⁊ nobis hereditatē restituit.

Quod uita pn̄s ē uita remissiōis ⁊ grē Capi. xcvi.

Et alexander posuit candelam ardentem in aula sua ⁊ misit precones per totum regnuꝫ qui clamauerunt ⁊ dixerunt. Si aliquis forefecerat contra regem ꝙ audacter ueniret q̄diu candela arderet rex forefactum dimitteret. Et si quis forefactum haberet ⁊ ueniret candela extincta morte periret. Istud audientibꝰ populis in regno multi uenerunt ad regem ⁊ misericordiam petierunt. Rex benigne recepit eos. ⁊ multi fuerūt qui noluerunt uenire ⁊ neglexerunt. Sed quando cādela fuit extincta. rex fecit eos per uiolentiā afferri ⁊ mala morte occidi.

Moralizatio.

Karissimi per regem alexandruꝫ possumꝰ intelligere xp̄m qui ē rex regum ⁊ dn̄s dn̄antium posuit

candelam ardentem id est presentem uitam que transit tanquam candela ardens. precones missi sunt predicatores qui quotidie clamant. Si aliquis forefecerit contra regem .i. contra xpm quod audacter ueniat quamdiu candela ardet id est presens uita durat. quia xps est nimis misericors. Unde dauid. Misericordia eius super omnia opera eius sicut patet in latrone etc. Modo aliqui audiunt et ueniunt ad regem et misericordiam petunt. ut sunt illi qui peccata sua dimittunt mandata dei tenent. et uiuunt sicut boni xpiani. Illos benigne recipit. et per illos qui noluerunt uenire possumus intelligere malos xpianos scilicet raptores usurarios et ceteros peccatores. Quando candela est extincta id est post istam uitam xps faciet eos uenire coram se in die iudicii et mala morte occidi. id est eternam mortem pati quando dicet eis. Ite maledicti in ignem eternum.

De morte. Capitulum nonagesimumseptimum

Legitur in cronicis quod anno uicesimosecundo ab urbe romana condita ciues romani columnam marmoream in foro romano statuerunt. Et ibi ymaginem Iulii cesaris fecerunt. et super caput eius nomen Iulii scripserunt. quia in bonore ipsius factum fuit. Sed iste iulius cesar tria signa in morte uel antequam moreretur accepit. Centesimo enim die ante mortem suam cecidit fulmen ante ymaginem in foro et in nomine subscripto litteram primam abrasit. Nocte uero precedente diem mortis sue fenestre thalami eius cum tanto strepitu et impetu aperte sunt ut domum ruituram estimaret. Eadem uero die mortis sue cum ad capitolium iret. date sunt ei littere indices mortis sue imminentis.

quas si statim legisset mortem euasisset.

Moralizatio

Mi sic e de nobis ꝛ de deo vt mortez eternam euadamus tria signa nobis deus facit. primū ē deletio littere capitalis de noīe. Per istaz litteram que in principio nominis ponit᷑ intelligit᷑ abundantia diuiciarum hec enim est que facit hominem habere nomen in terra. Nemo enim in istis diebus nominat᷑ in terra nisi habuerit diuitias hoc patet. Nam si queratur quis sit melior uille uel ciuitatis statim preponit᷑ qui plures diuitias hȝ ꝙuis sit pessimus. Ecce quomō diuitie dant homini nomen. quia si diues nō ēēt. non esset nominatus Et qꝛ aliquando diuitie sunt occasio mortis eterne. ideo deus dat primum signū. ꝙ talem vult saluare ꝛ aufert primam litteram nominis sui scȝ diuitias ab eo ꝛ facit eum pauperem. ut sic qui per diuitias ab eo recesserat per paupertatem ad eum redeat. Secundum signum quod iulius cesar accepit. fuit ꝙ iuxta cameram suam fuit magnus strepitus. Hec camera est corpus humanum. quia cum homo uidet se esse pulchrum ꝛ fortem statim cadit in peccatum per quod mors eterna sibi preparat᷑. Et ideo uolens euȝ deus a morte eterna reuocare facit secundum signū scȝ magnum strepitum circa corpus suum mittendo scilicet talem ꝛ tantam infirmitatem ꝛ debilitatem ꝙ ad mortē creditur ruere ꝛ cadere. ꝛ sic qui p pulchritudinem ꝛ fortitudinem a deo recesserant per infirmitatem ꝛ debilitatem reuocentur ꝛ peniteant. Psalmista. Multiplicate sunt infirmitates eorum ꝛc. Exemplū

de beato paulo dicente. Libenter gloriabor in infirmi tatibus meis. Tercium signum q iulius cesar accepit fuit q littere indices mortis imminentis sibi tradite fu erant quas si legisset mortem euasisset. Hoc signum fa cit deus nobis pctoribus qui tunc dicit tradere litte/ ras indices mortis nostre dum sua grã osciencias nos tras illustrat vt legere possimus pctã nostra · quibus mortem eternam meruimus. Et ideo dum lucem et gra tiam sancti spiritus habemus litteras istas legamus · id est peccata nostra referamus bono corde et postea sa/ cerdoti ore ut sic degendo mortem eternam euadere ua leamus. De lrẽ clause .i. osciencie nostre nõ mundate · pus mortem nostram aperiantur et manifestentur toti mun/ do ·

Q deus in hac uita placari pot. Ca. xcviii

Narratur q antiquitus mos erat romanorum q qñ castrum uel aliquam ciuitatem obsidebant vnam candelam in certa mensura accendebant et q̃diu cande la arderet parati erant omnes ad pacem recipere quan tumcũq malefactor eẽt Sed postq̃ osummata fuerat omnis iusticie seueritatem exercebant in hostes suos · nec tamen alicui licet daret oia bõa sua miam facere uo luerunt.

Karissimi sic se habet deus erga peccatores nã cor da nostra ciuitates aie sunt obsessa cum uiciis et concupiscenciis per dyabolum mundum et carnem · de us ex sua misericordia statuit nobis tempus in quo si uelint omnes poterunt inuenire candelam accensam · i. q̃diu uita est in corpore quantumcunq peccator mi/ sericordiam inueniret et pacem et concordiam ·

dei recipere tota uita nostra ē constituta ꝛ pmissa ut penitentiā faciamus ꝛ uiuamus. Unde saluator dicit Nolo mortem peccatoris ꝛc. Et idō q̄diu aīa est ī corpore petamus ueniam ꝛ misericordiam obtinebimus. Jo. xvi. Petite ꝛ accipietis. Sed certe cum uita nostra fuerit terminata per mortem tunc nō erit tempus miaꝫ petere. ꝛ lꝫ petierimus nō dabitᷣ nobis. Ergo faciamꝰ penitentiam q̄diu sumus in hac uita.

De uirili pugna xp̄i ꝛ eius uictoria. Ca. xcix.

Esar regnauit. in cuius regno erat quidaꝫ miles generosus ac fortis. qui semel per quandam forestam equitabat. bufonem cum serpente uidit pugnare sed bufo preualuit ꝛ serpentem deuicit. Hic serpentem iuuit q bufonem grauiter vulnerauit euasit ꝛ fugaꝫ accepit tamen per bufonem grauiter erat vulneratus miles. Et uidens miles de equo descendit. venenum bufonis in vulnere remansit. Miles ad domū perrexit. ꝛ lōgo tempore in infirmitate vulneris remansit. Testamētum suū condidit ꝛ ad mortē se parauit. Cū uero semel iuxta ignem iacuisset quasi de uita sua desperans sp̄ēs quē a morte saluauit intrauit Serui uidentes serpenteꝫ dixerunt. Dn̄e quidam serpēs intrauit Miles cum illū respexit agnouit eum q serpens ille erat pro cuiꝰ defensione vulnera ꝛ omnia mala suscepit. Miles ait Nolite eum impedire. Credo q nullum malum mihi faciet. Serpens uero coram omnibus ad eum accessit ꝛ venenum vulneris cum lingua suxit quousqꝫ os plenuꝫ habuisset. Statim extra domum cucurrit ꝛ venenum

extra se proiecit. Rediit ⁊ ad vulnus iterato accessit bis ter quousq̧ totum venenum hausit hoc facto mi-les serpenti lac ad bibendum dedit. Cū uero sic bibissꝫ bufo a quo miles vulnus recepit intrauit ⁊ contra ser-pentem pugnare incepit ac si eēt in uindictam q̄ sp̄ēs militeꝫ sanauit. Miles cum hec uidisset ait seruis suis Carissimi sine dubio iste est bufo quem vulneraui. pro defensione istius serpentis a quo ōnia mala recepi. Si serpentē deuicat me inuadet ⁊ iō si uitā meā diligitꝭ illum in continenti occidatis. Serui hoc audientes cū gladiis ⁊ fustibus illum occiderūt. Serpens uero qua si applaudendo ⁊ regraciādo hincinde circa pedes do mini se cōuertit ⁊ foras exiuit. Miles uero p̄fectam sanitatē recuperauit.

Moralizatio.

Carissimi imperator iste est pater celestis. Miles est dn̄s noster ih̄ūs xp̄s. Bufo dyabolus. Sp̄ēs homo. Et hoc propter duo serpens pōt dici homo. Primo propter peccati venenum ⁊ propter antidotū ac ymaginem xp̄i quam portat. Homo enim contra dyabolum habet pugnare quia nō est alius qui pug net pro nobis nisi tu deus noster. Quando uero to-tum genus humanum propter peccatum primi paren tis erat suppeditatum xp̄us pro nobis pugnauit ⁊ di abolum superauit. Et ipse grauiter vulneratus ē. nō tantum in vno loco. sed in multis. Unde infirma-tur. licet non in se tamen in suis membris. Et ideo si homo gratus fueris debes venenum ab eo extrahere. scilicet infirmitatem ⁊ indigentiam a suis expellere p

opera misericordie. Sicut scriptum est Mathei .iii. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Si uero buso redeat ut tibi noceat uiriliter contra eũ pugnare debes & serui dei scilicet bone uirtutes quas ĩ baptismo recepisti te iuuabunt. & sic dyabolũ superabis et uitam eternam habebis. Ad quam nos perducat &c.

Qualiter xp̃s nõ statim pctõrẽ per iusticiam precipitat. sed misericorditer eum penitentẽ expectat. Capitu. C.

Jodesianus regnauit qui statuit pro lege. quod si mulier aliqua sub uiro suo esset adulterata occidi deberet. Accidit casus quod quidam miles quandam puellã in vxorem duxit. & ex ea vnum filium genuit. Creuit puer & ab omnibus ẽ dilectus. Post hec pater eius ad quoddam bellum perrexit & uiriliter pugnauit. In quo bello brachium dexterum amisit. Interim eo abeunte vxor eius est adulterata. Redit maritus adulteratam inuenit. Unde secundum legem maritus eam occidere deberet. uocauit filium suum & ait Carissime mater tua adulterium commisit. Unde secundum legem per me mori deberet. sed brachium amisi ideo non potero eã occidere. Precipio ergo tibi ut eam occidas. Ait filius. Lex precepit honorare parentes. Si ergo deberem propriam matrem occidere. contra legem perpetrarem. et matris maledictionem incurrerem. Nolo tibi in hoc obedire. Et sic mulier per filium euasit mortem.

Moralizatiõ.

Arissimi iste imperator est deus pater. Miles est dñs noster ihũs xp̃s. vxor anima. Deus pater p̃cepit si anima sub xp̃o adulterara fuerit occidi debet scilicet eternaliter. scʒ in penis permanere. ⁊ quotiens aĩa mortaliter peccat totiens adulterat. Deus filius contra dyabolum ad bellum perrexit. In quo bello brachiũ dextrũ deposuit scʒ omnem austeritatem quã ante incarnationem eius babuit ideo mansuetus factus ẽ quasi agnus non vult nos occidere. Sed deus pater p̃cepit. ut occidamur. Respondit filius. Carnẽ meã humanam de matre sumpsi ⁊ iđ occidere hominem non potero ⁊ sic peccator per contritionem ⁊ ↄfessionẽ euadere põt ⁊ ad uitam eternã peruenire. Ad quam ⁊c.

Q mund⁹ in maligno positus ẽ ⁊ vndiqȝ angustie Capitulũ. ci.

Narrat de quodaȝ homine nomine gantero q̃ locum gaudendi sine fine optabat. Quadã die mane surrexit ⁊ sol⁹ ad uiam ambulabat quousqȝ ad quodam regnum peruenit. in quo rex illius regni nuper defunctus erat. Satrape illius regni uidentes eum strenuum. illũ in regem elegerunt. Ille uero sic electus valđ gauisus ẽ. Cũ ãt nox adeẽt serui eũ in camerã introduxerũt in quo leonẽ fortissimũ ad caput lecti uidit. ⁊ ad pedes draconẽ ad lat⁹ dexterum lecti ursuȝ. ex alio latere serpentes ⁊ bufones. Ait ganterus. q̃d ẽ hoc? nũq̃d oȝ me in isto lecto iacere cum istis bestijs. Aiunt. Immo domine. Nam reges ante te in isto lecto iacuerunt. ⁊ per istas bestias sunt deuorati. Ait rex. Mihi omnia bene placent Sed tantum istum lectum cum

istis bestiis abhorreo q rex uester esse nolo ꝛ ab eis re cessit. ꝛ ad aliud regnum peruenit ubi similiter in regē est electꝰ Cū nox adesset camerā intrauit. lectū pulcherrimum nouaculis acutis plenum uidit. Ait gancterꝰ. nō ne oꝫ me in isto lecto iacere? Serui dixerunt. Etiā dn̄e Nam reges ante te hic iacuerunt ꝛ ī isto lecto mortui sunt. Ait ille. Omnia bona sunt excepto isto lecto. ꝛ iō rex uester esse nolo. Mane surrexit ꝛ uiā trium dieruꝫ solus perrexit. In uia quendā senem super fontem īuenit sedentē habentē in manu sua baculū ꝛ ait. Gancteri carissime unde uenis. Ait ille De partibꝰ remotis. quo pergis? Ait ille. Tria quero ꝛ inuenire nō potero. Que sunt illa tria? Gancterus respōdit. Primū est abundancia sine defectu. Secundū ē gaudium sine tristicia. tercium est lumen sine tenebris. Ait senex. Baculum istum accipe ꝛ per istam uiam perge. monteꝫ altū uidebis ante te. Ad pedē mōtis stat una scala habens sex gradꝰ. Scalam ascende. Cum uero ad sextum gradum perueneris in summitate montis palacium pulcherrimū uidebis. In ianua tres ictus percute. Cum ianitor tibi responderit. ostende ei baculum istum ꝛ dicito. Qui ē dominus istius baculi. tibi precepit ut me intrare permittas. Cum uero introitum habueris ibidem tria que qris inuenies. Ille uero omnia adimpleuit. sicut ei senex dixerat. Cum uero ianitor baculum uidisset ei introitū dedit ubi illa tria ꝛ multo plura inuenit. ꝛ ibidē toto tpe uite sue pmansit

Moralizatio.

Karissimi iste gancterus pōt dici quilibꝫ bonꝰ xpianꝰ q mundum simpliciter debet spernere. ꝛ ista tria

querere scz abundantiã sine defectu·gaudium sine tris
ticia·lumen sine tenebris·Ista non poterunt haberi ni
si in uita eterna·⁊ hoc cum magno labore. O hõ fac si
cut fecit ganterus. Perge uiam trium dierū·i·per orō
nem ieiuniū ⁊ elemosinã Si ɔtingat ad quoddã regnū
peruenire·i mūdana aliqua ⁊ ciues·i mundane uanita
tes te in regẽ eligunt. i·cor tuū in superbiã ducūt respi
ce ad lectū·Lectus iste ẽ uita humana in qua per tem
pus breue iacebis sed respice ad leonem·i. dyabolum
semper contra te paratū ⁊ draconẽ id ẽ morte que te
in omni loco expectat. ⁊ ursum id ẽ propriã conscien
tiam que te ɔdemnabit ⁊ uermes·i. peccata tua q̃ te ac
cusabunt. Si ista intime cogitaueris cito de regno tuo
mundi te expedire poteris·Deinde ad aliud regnū per
rexit ⁊c·Sic hõ si dyabolū in vna pte superauerit· ad
aliud regnū scz peccati ducit̃ scz ad regnū carnis ĩ quo
regnant delitie carnales ⁊ uoluptates si eis ɔsentias fa
ctus eris filius perditionis·Attende ergo ad lectum·
Lectus iste est infernus in quo diues ille iacet plenus
nouaculis scz penis grauissimis. Si istum lectum in
time recogites delitias carnis omnino respues. Si ve
lis ergo ista tria inuenire quere senem cum baculo· id ẽ
dominum nostrum ihesum xp̄m qui tibi concedat ba
culum sancte crucis·Baculus iste ẽ penitentia q̃ dz ad
uiã salutis dirigere·Vñ psal. Virga tua ⁊ baculꝰ tuꝰ
⁊c·Sed pꝰ hec oꝫ te ascendere scalam sancte uite ĩ qua
sunt gradus·vii. scilicet opera misericordie p que pos
teris ad eternam uitam peruenire· Sed oportet tres
ictus facere·scilicet contritionem·confessionem·⁊ satis
factionem habere·Tunc ianitor id est bonitas diuina

in regnum eternum perducet. Ibi abundantiam sine defectu gaudium sine tristicia lumen sine tenebris inuenies. Ad quod etc.

De transgressionibus anime et vulneribus eius. Ca. cii.

[P]Etrus regnauit in cuius imperio erat quidam miles generosus deo ualde deuotus qui vxorem pulchram habebat sed sub uiro adulterata est nec de adulterio desistere uolebat. Miles uero cum hoc uidisset contristatus est ualde in animo suo cogitabat terram sanctam uisitare et ait vxori sue. Carissima ad terram sanctam pergam vos discretioni uestre committo. Cum autem ultra mare perrexit domina quendam clericum peritum in nigromantia dilexit et cum eo dormiuit. Accidit semel quod cum adinuicem in stratu iacuissent dixit domina. Si vnam rem mihi perpetrares me in uxorem ducere posses? Et ille. Quid est hoc quod tibi placet quod potero tibi ministrare? Que ait. Maritus meus ad terram sanctam perrexit non multum me diligit si eum per aliquam artem occidere posses omnia que habeo obtineres. Ait clericus. Tibi concedo ita tamen quod me in maritum accipies. Que ait. Hoc firmiter promitto. Clericus vero quandam ymaginem in nomine militis fecerat et in pariete ante oculos suos fixit. Interim miles cum per plateam ciuitatis rome transiret magister quidam peritus ei obuiabat et intime eum respexit et ait ei. Carissime secretum habeo tibi dicere. Ait ille. Magister quod uobis placet dicite. Qui ait hodie tu es filius mortis nisi auxilium habueris a me. uxor tua est meretrix et de morte tua ordinauit. miles audiens quod uerum dixisset de uxore sua ei adhesit credidit atque dixit. O bone magister uitam meam salua et mercedem condignam tibi reddam

Eni ait. te libēter saluabo si feceris que tibi dixero ait
miles presto sum. Magister balneum fieri fecit ⁊ mili/
tem uestimentis exui ⁊ balneum intrare mandauit. Dei
de speculum politum in manũ suã tradidit ⁊ ait. In
speculum respice diligenter ⁊ mirabilia uidebis Ille cũ
speculum respexisset ⁊ magister iuxta eum in libro legis
set ait ei. Dic mihi quid uides. Ait miles quendam cle
ricum in domo mea uideo. qui unam ymaginem de ce
ra ad similitudinem meaꝫ in pariete fixit. Ait magister
Quid mõ uides. Ait ille. Iã arcũ accipit ⁊ sagittaꝫ acu
tã in eo põit ⁊ ymaginẽ incipit sagittare Ait magister
Sicut uitã tuã diligis cũ sagittam ad ymaginem uola
re uideris totum corpus tuum in balneo uolue in aq̃.
donec tibi dixero. Miles cum hoc audisset ⁊ uidisset
sagittam moueri corpus suum sub aqua uoluit totali
ter. Hoc facto ait magister Caput tuum eleua ⁊ ĩ spe/
culo respice. Qui cum fecisset dixit ei. Quid iam in spe
culo uides? At ille. Ymaginem non percussam sꝫ a la/
tere sagitta abiit. Et de hoc clericus multum dolet.
Ait magister. Iam in speculo quid facit respice? Et ille
Iam magis ꝓpe pergit ad ymaginẽ ⁊ sagittam in ar
cum ad percutiendum ponit. ut ymaginem percutiat.
Qui ait sicut prius fecisti ⁊ mõ facias si uitam tuã di/
ligis. Miles uero cum per speculum uidisset ꝙ cleric9
arcum tenderet totum corpus suum uoluit in aqua.
Hoc facto ait magister. Respice quid modo ẽ. Qđ cũ
fecisset dixit. Miro mõ dolet cleric9 ꝙ ymaginẽ nõ ꝑ
cussit ⁊ uxori mee dicit. Si tertia uice ymaginẽ nõ per
cutio perdo uitaꝫ mẽã. ita ꝙ mihi uidet̃ ꝙ nõ poterit
decipi quin ymaginem ꝑcutiat Ait magister. sicut uitã

tuam diligis iam curam habeas. ut cum arcum uide/
ris trahi. totum corpus tuũ sub aqua inuoluas donec
tibi dixero. Miles semper in speculo respiciebat ⁊ cuȝ
clericum arcum extendere ad percutiendum uidissȝ cor
pus suum in aqua inuoluit donec magister ei dixit.
Surge uelociter ⁊ in speculo respice. Quod cum uidis/
set miles ridebat. Ait magister. Carissime dic mihi q̃re
rides. At ille. Clare in speculo uideo ꝙ clericꝰ ymaginẽ
non percussit ⁊ sagitta ē reuersa ⁊ eum inter pulmoneȝ
⁊ stomachũ pcussit ⁊ mortuꝰ ē. Uxor mea sub lecto
meo foueam fecit ⁊ euȝ ibi sepeliuit. Ait magister. Sur
ge uelociter. ⁊ uestimenta indue ⁊ ora deum pro me.
Ille uero ei de uita sua grãs reddidit. Factaqȝ peregri
natione ad suam terram miles perrexit. Cum uero do
mum uenisset uxor eius obuiam ei uenit ⁊ cuȝ gaudio
eum recepit. miles uero per plures dies dissimulabat.
Tandem pro parentibus uxoris misit ⁊ eis ait. Caris/
simi hec est causa quare misi pro uobis. Hec ē filia
uestra uxor mea que adulteriũ sub me ꝯmisit. ⁊ quod
peius est mortem meam machinata est. Illa uero cum
iuramento negauit. Miles uero probare incepit ⁊ to/
tum processum clerici recitauit. Quod si non creditis.
uenite ⁊ uidete locum ubi clericus sepultus est. Eos ad
cameram suam duxit ⁊ corpus clerici sub lecto eiꝰ in/
uenerunt. Iudex est uocatus ⁊ sententiam dedit ut ipa
igni combureretur. ⁊ sic factum est. ⁊ puluis corporis
post per aereȝ dispergit. Deinde miles sibi uirginẽ pul
chram in uxorem accepit ⁊ ex ea prolem genuit ⁊ ĩ pa
ce uitam finiuit.

Moralizatio

Karissimi iste imperator est dominus noster ihesus xpus. Miles uero homo. Uxor caro que totiens adulterat. quotiens peccatum mortale committit. Homo hoc percipiens debet ad terram sanctam id est ad regnum celeste per opera meritoria adire. In uia occurrit ei magister id est discretus confessor qui peccatorem habet informare. Clericus est dyabolus qui hominem tenet per carnales uoluptates in potestate sua erigit ymaginem id est animam per humanam superbiam et uanitatem. Accipit arcum cum sagitta Arcus est mundus iste cuius cornua sunt superbia uite et concupiscentia oculorum. Arcum istum tenet auarus sagitta acuta est superbia per quam multi occiduntur. sicut patet de lucifero et primo parente adam. lucifer dicebat. Ascendam super astra celi et similis ero altissimo. Et econuerso sagitta redüt et eum occidit. Adam concupiuit quod non debuit et ideo occiditur. ymago anime bene poterit esse de cera. quia sicut cera perit id est fluit a facie ignis. Sic pereunt peccatores a facie dei. Quid ergo est faciendum ne dyabolus nos sagittet et occidat. Certe balneum intremus. Istud balneum est confessio in qua per aquam lauari debemus ab omni sorde peccati. sed oportet speculum politum tenere id est sacram scripturam in manu tua id est debes libenter sermones audire et uerba edificatoria in quibus poteris pericula precauere et sagittas dyaboli expellere. Sed dic mihi quo modo? Ecce uiam. Cum arcus dyabolicus contra animam tuam per aliquam temptationem tenditur inuolue totum corpus tuum id est quicquid fecisti, cogitando

delectando consentiendo in balneo confessionis ⁊ pec
catum euanescet. Cum uero mundatus fueris ⁊ dyabo
lus occisus id est deuictus indue te uestimentis tuis .i.
bonis uirtutibus quas in baptismo recepisti / ⁊ perge
ad domum consciencie ⁊ extrahe corpus defuncti id ē
in quibus peccatis caro tua a uia ueritatis deuiabat.
Et tunc carnem igne penitentie comburre ⁊ ossa .i. pec/
cata inueterata annihilent˜. Et sic per uentum. id est
cordis amaritudinem expellant˜ Et poteris uirginē du
cere id ē carnem a uicus purgatam per ignē diuine mi
sericordie ⁊ grē. ⁊ prolem id est bonas uirtutes per cō
sequens generare per quam poteris ad eternum braui/
um peruenire. Ad nobis. ⁊c.

De oīb⁹ reb⁹ cū ɔsensu ⁊ ꝓuidētia sp agēdis c.ciii

Domicianus regnauit prudens ualde. ⁊ per ōnia
iustus. quoniā nulli parcebat quin per uiam iuſ
ticie transiret. Accidit semel dum in mensa sederet uenit
quidam mercator ⁊ ad ianuam pulsauit. Janitor ue
ro portam aperuit ⁊ quid ei placeret quesiuit. At ille.
Mercator sum. ⁊ aliqua habeo ad uendendum utilia.
pro persona imperatoris. Janitor hec audiens eū in
troduxit. Jlle uero imperatorem satis humiliter salu/
tauit. Ait ei imperator. Carissime quale mercatorium
ad uendendum habes? Et ille. Domine tres sapientias
Qui ait. Et quomodo mihi dabis quamlibet sapienti
am? Et ille. Pro mille florenis. Ait ei rex. Et si sa/
pientie tue mihi non prosunt pecuniam meam perdo.
Ait mercator. Domine si sapientie mee in uobis lo/
cum non obtinent. pecuniam iterum uobis reddam.

Ait imperator. Optime dicis. Dic mihi modo sapien/
cias quas mihi uendere uelis. Et ille. Dñe prima sapi/
encia est ista. Quicquid agas prudenter agas ⁊ respice
finem. Secunda est ista. Nunq̄ uiā publicā dimittas
propter semitam. Tercia sapiencia est ista. Nunq̄ hos/
picium ad manendum de nocte in domo alicuius acci
pias ubi dominus domꝰ ē senex ⁊ uxor iuuencula. hec
tria custodias ⁊ bene tibi erit. Rex dedit ei pro quali/
bet sapiencia mille florenos ⁊ primam sapienciā s. qc
quid agas ⁊c fecit scribi in aula in camera ⁊ in omni/
bꝰ locis in quibus ambulare solebat ⁊ in mappis ī qui
bus comedebat. Post hec cito (quia tam iustus erat)
multi de imperio contra eum conspirabant ut eum oc
ciderent. ⁊ quia per uiam potencie hoc adimplere non
poterant cum barbitonsore eius loquebant̄. ut cū bar
bam eius raderet guttur eius scinderet ⁊ mercedem ha/
beret. Barbitonsor uero accepta ab eis pecunia fideli
ter illud adimplere promisit Cum uero imperator ra/
di deberet barbitonsor barbam lauit. Et dum incepit
radere respexit inferius uidit manutergium circa colluꝫ
eius in quo erat scriptum. quicquid agas prudenter a
gas ⁊ respice finem. Cum barbitonsor scripturaꝫ legis
set intra se cogitabat. Hodie sum conductus ut istum
hominem occidam si hoc fecero finis meus erit pessi/
mus quia morte turpissima ero condēnatus. qꝫ quic/
quid agas bonum ē respicere finem ut dicit ista scrip/
tura. Statim manus eius inceperunt tremere. ita ꝙ no
uacula de manibus eius cecidit. Hoc percipiens rex
ait. Dic mihi quid tibi est? Et ille. O domine misere/
re mei. hodie sum conductus propter precium te

occidere. At casu sicut deus voluit scripturaꝫ manutergii legi scꝫ quicquid agas ꝛc. stati consideraui ꝙ finis meus esset mors turpissima et ideo manus mee tremebant. Imperator cum hoc audisset intra se cogitabat Prima sapientia vitaꝫ meaꝫ saluauit bona hora precium pro ea dedi ꝛ ait barbitonsori. Ammodo sis fidelis tibi remitto. Satrape imperii hoc videtes ꝙ nō poterāt per illaꝫ viaꝫ eum occidere intra se tractabāt quomodo eum occiderent adinuicem dixerunt. Tali die recedet uersus illam ciuitatem simus illa die in semita absconditi per quam transitum faciet ꝛ eum occidamus. At illi. Bonum est consilium. Rex eodem die uersus ciuitatem preparabat se. ꝛ dum equitasset usqꝫ ad semitam illam dixerunt ei sui milites. Domine bonuꝫ est per istam semitam transire ꝙ per latam uiam. quia propinquius est. Rex intra se cogitabat. secunda sapientia erat ꝙ nunqꝫ uiam publicam propter semitaꝫ dimitterem. sapientiam meam tenebo. dixitqꝫ militibus suis. Nolo uiam publicam dimittere. Vos ergo qui vultis per semitam pergere ite. ꝛ omnia ī aduētu meo preparate. Illi uero per semitam perrexerunt ꝛ inimici regis cum essent in semitis credebant ꝙ rex inter eos esset. Omnes surrexerunt ꝛ quotquot uenerunt occiderunt. Rex cū hoc audisset ait intra se. Iam secunda sapientia uitam meā saluauit. Illi de imperio uidentes. ꝙ per illaꝫ astuciā eū occidere nō poterāt intra se conspirabant quō eū necarēt dixerūtqꝫ intra se. Tali die mānebit in domo illi⁹ in qua omnes nobiles hospitantur. quia aliud nō ē pro eo hospitiū. Conueniem⁹ precio

cum hospite ⁊ uxore ⁊ cum imperator in stratu suo ia cuerit illum occidamus Ait illi. Bonum ē ↄsilium. Cuȝ uero rex ad illā ciuitatē uenerat in eadem domo hospi tatus erat. Fecit ad se uocari hospitem domus cū euȝ uidisset apparuit senex ualde. Ait imperator. Nūquid uxorem habes? Et ille. Etiam domine. Ostende mihi e am. Quam rex cū uidisset apparuit iuuencula habēsq̄ xviii. annos in etate. Ait rex camerario suo Perge cito ⁊ lectum meum alibi preparato quia hic non manebo Ait ille. Etiam domine. sed iam parata sunt oīa. idō nō est bonum alibi iacere eo ꝙ in tota ciuitate non ē hos/ picium nobis utilius. Et ille. Ego dico tibi ꝙ alibi ia cere volo. Statim camerarius omnia mouebat ⁊ rex occulte ad alium locum accessit ⁊ militibus suis dixit Vos qui vultis hic manere potestis. sed mane ad me accedatis Cum omnes dormirent senex cuȝ uxore sua surrexit (quia precio ↄducti erant ut regem dormien/ teȝ occiderēt) ⁊ omnes milites occiderunt Mane uero surrexit rex ⁊ milites suos occisos inuenit. Ait in cordꝫ suo O si hic iacuissem cum aliis necatus fuissem. Jam tercia sapientia uitam meam saluauit. Senem cum ux/ ore ⁊ tota familia in patibulo suspendi fecit. ⁊ q̄diu uixit istas tres sapientias secum retinuit ⁊ uitā beatam finiuit.

Karissimi iste imperator potest dici quilibet bonꝰ xp̄ianus. qui habet imperium corporis sui ⁊ ani me sue seu animam regere. Janitor in porta est volun tas libera. Nullum peccatum nisi sit uoluntarium. Mercator qui uenit ad portam est dominꝰ noster ihe sus cristus. Juxta illud apostoli. Ego sto ad ostium

⁊ pulso si quis apparuerit mihi intrabo ad eum ⁊ ce/
nabo cum eo. Unde quotidie uendit tibi pro aīa tua
tres sapientias. Floreni sunt uirtutes anime. Prima
sapientia scꝫ Quicquid agas ⁊c. Hoc ē/ quicquid facis
primo ⁊ principaliter debꝫ eē propter deum ⁊ in omni
actu siue temporali siue spūali finem respicias. Juxta
illud prouer. Memorare nouissima tua ⁊ in eternū nō
peccabis. Secunda sapientia. Nolite uiam publicā di
mittere propter semitam. Uia publica ē uia decem p̄/
ceptorum quam debes semper tenere usqꝫ ad mortem.
⁊ nunqꝫ per semitam male uite ambulare sicut heretici
faciunt. Tercia sapientia est. Nunqꝫ hospitiuꝫ ad ma
nendum de nocte in domo alicuius accipias ⁊c. Senex
iste est mundus qui habet iuuenculā in uxorē id ē ua
nitatem. de die in diem orit' in mundo noua uanitas.
unde si in mundo hospitatus fueris sine dubio timen
dum est tibi de morte. quia nemo potest deo ⁊ mūdo
seruire. Satrape qui contra regem conspirauerūt sunt
demones qui semper nitunt' hominem spiritualiter oc
cidere. Et si non poterunt per se. loquunt' cuꝫ barbitō
sore id est carne. que ad modum barbitonsoris radit
omnes pilos. Caro per uoluntatem suam radit
uirtutes quas homo in baptismo recepit. Sed si ho/
mo ad finem suum respiceret scꝫ ad mortem qua mor/
te debemus mori uel ubi uel quando recederet a nobis
omnis malus actus. Studeamꝰ ergo tenere istas tres
uirtutes ⁊ sic poterimus ad eternum brauiū peruenire

De beneficiorum memoria. Capitulum. cuii.

Vidam miles erat qui super omnia uenari dilex
it. Accidit vno die q̄ ad uenandum perrexit. oc
currit leo claudicans ⁊ pedem militi ostendit. Miles
uero de equo descendit ⁊ spinam de pede eius extrax
it ⁊ vnguentum vulneri apposuit ⁊ sanatus est leo.
Post hoc uero rex illius regni in eodez nemore a casu
uenabat' ⁊ illum leonem accepit ⁊ multis annis secū nu
triuit. Miles ille contra regem forefecit ⁊ ad eandē fo
restam fugam petiit ubi omnes transeuntes spoliauit.
⁊ occidit. Rex uero illum captiuauit ⁊ contra eum sen
tentiam dedit. ut leoni daret' ad deuorandum. ⁊ q̄ ni
bil aliud ad comedendum ei daret' ad hoc ut militē de
uoraret. Miles uero cum in foueam esset proiect⁹ mi
rum timuit expectans horam quando deuoraretur.
Leo uero eum intime respexit ⁊ cum noticiam ei⁹ habe
ret applausum ei fecit ⁊ septem diebus sine cibo reman
sit. Rex uero cum hoc audisset admirabat' fecit militē
de fouea extrahi ⁊ ait ei. Dic mihi carissime quō pote
rit hoc esse. q' leo tibi non nocuit? Qui ait. Domine a
casu per forestam equitaui. leo iste claudicans mihi oc
currebat. Ego uero spinam de pede eius extraxi ⁊ vul
nus sanaui. Et ideo ut credo mihi parcit. Ait rex. Ex
quo leo non nocuit tibi. ego tibi parcam. ammō stu
cleas uitam tuam corrigere. Ille uero gracias regi red
didit ⁊ post hoc in oib⁹ ē emendat⁹ ⁊ finiuit uitā suā
in pace.

Moralizatio.

Karissimi miles iste qui venatus est. est homo mū
danus qui quotidie studet quomodo bona mū
dana poterit acquirere. Leo claudicans est totum ge
nus humanū qđ ꝓpter pctm̄ primi pn̄tis claudicabat.

anteq̃ spina .i. peccatum originale per baptismuʒ erat extractum ⁊ cum unguēto bonarum uirtutū sanatum Post hoc miles contra regem deū ōnipotentem surgit quotiēs mortaliter peccat ⁊ uirtutib⁹ spoliat᷑ quas in baptismo recepit. sed leo sc; gen⁹ humanum capitur quotiens diuinis preceptis obligat᷑ ⁊ ī foueā peniten/tie ꝓiicit᷑ Si uero miles homo peccator ī eādē fouea ꝓiicit᷑ nonne malum ei euenire poterit? ymmo bonum quia salutem anime ꝓmereri possumus ⁊c.

De uicissitudine cuiuslibet boni ⁊ presertim recte iudicantium. Ca. cv.

Theodosius regnauit prudens ualde qui lumē oculoꝝ amiserat qui quādam legē dedit ꝙ q̄da; cāpana in palacio esset posita. Et qcunq; cau/sam aliquā tractare haberet corda; campane ꝓpriis manibus pulsaret. Ad cuius pulsationē iudex qui ad hoc esset constitutus descenderet ut unicuiq; iusticiam faceret. Erat quidā serpēs qui sub corda campane nidum fecerat. Et infra tempus breue pullos produxit. ⁊ cum pulli ambulare poterant perrexit quodā die cū pullis extra ciuitatem ad spaciandum. Cum uero ser/pens absens esset buso nidum eius intrauit ⁊ occupa/uit. Serpens cum pullis rediens ⁊ busonem nidum occupantem uidens contra eum pugnauit. sed busonē de uincere non poterat. ⁊ sic buso nidum occupauit. Ser/pens cum hoc uidisset caudam suam circa cordam cā/pane inuoluit ⁊ fortiter traxit ⁊ pulsauit ac si diceret. Descende iudex ⁊ fac mihi iusticiā quia iniuste buso nidum meum occupat. Judex cum campanam audisset descendit neminē uidens iterato ascendit. hoc uidens

serpens iterum pulsauit. Iudex hoc audiens descendit
et cum serpentem cordam trahentem uidisset et bufonem
locum eius occupantem. ascendit et totum regi denun-
ciabat. Ait ei rex. Descende et non tantum bufonem expelle sed
illum occide ut serpens locum suum occupet quod et fa-
ctum est per omnia. Post hec uero vna dierum cum rex
in stratu suo iacuisset serpens cameram suam intrauit.
portans in ore suo lapidem preciosum. Hoc cum uidis-
sent serui regi dixerunt de introitu serpentis. Ait ille. No-
lite eum impedire. credo quod nullum malum mihi faciet
Serpens super lectum eius ascendit. et uersus faciem eius
perrexit. Cum uero ad oculos uenisset lapidem super os
cadere permisit et statim cameram exiuit Cum uero la-
pis duos oculos eius tetigisset. rex clarum uisum rece-
pit. non modicum gaudens serpentem requiri fecit sed
non est inuentus. lapidem secum custodiuit et uitam in pace fi-
niuit.

Moralizatio.

Karissimi rex iste potest dici quilibet homo mun-
danus qui tenetur regere seipsum et tamen cecus est
quantum ad spiritualia sed uidens clare quantum ad tempo-
ralia. Campana suspensa est lingua predicatoris que cer-
tis temporibus debet pulsari. Corda campane est sa-
cra scriptura per quam predicator habet descendere et
uirtutes atque uicia intimare quomodo peccatores per
uirtutes poterunt celum ascendere et per peccatum infer-
num introire. Serpens qui fecit nidum sub corda cam-
pane est discretus confessor qui habet se ponere sub sa-
cra scriptura et in nido id est in corde peccatoris pullos

id est bonas uirtutes producere. Si uero aliquis sen/
sus per peccatum fit uiciatus habet cordã sacre scrip
ture pulsare. tunc iudex id est ratio deb; descẽdere 7 õ
nia per ueram confessionem excutere 7 corrigere. S; se
pe contingit ꝙ prelati 7 confessores sunt tepidi 7 neg/
ligentes 7 pergunt extra ad mundana. Et sic subditi
manent in periculo. quia bufo id est dyabolus locum
occupat. Quid ergo est faciendum? Certe ut confessor
redeat ad peccatorem ducendo secum pullos id est bo
nas uirtutes. Serpens habet duo. Portat uenenu; pe
nitentie 7 antidotum absolutionis salutis anime 7 dẽt
contra dyabolum pugnare informando peccatorem.
quõ dyabolo est resistendum. 7 sic eum de corde pecca
toris expellendum Deinde serpens lapidem portauit
sic discretus confessor per sacram scripturã dẽt pecca/
tori lapidem id est xp̃; dare de cuius uirtute uisu; spi
ritualem põt recipere 7 per consequens uitã eternã ob/
tinere

Q; est uigilandu; contra fraudes dyaboli ne nos
decipiat. Capitulum. cvi.

Lim erant tres socii. qui ad peregrinandum
pergebant. Accidit ꝙ cibaria preter unum
panem inuenire non poterant. 7 erant famelici
ualde 7 dixerunt adinuicem. Si iste panis in tres p
tes diuidatur. unicuiq; pars non sufficiet nobis ad sa
turandum. Habeamus ergo sanum consilium. quõ
de isto pane debeamus disponere Ait unus Hic in uia

dormiemus ⁊ quilibet somnium habeat. ⁊ qui maius mirabile uiderit ille totum panem habeat. Responderunt alii duo. Bonum consilium est ⁊ inceperunt dormire. Ille qui consilium dederat surrexit ⁊ ipsis dormientibus panem totaliter comedit nec vnicam micaȝ socius suis dimisit. Hoc facto socios suos excitauit dicens. Surgite uelociter tempus est ut quilibet somniuȝ suũ dicat. Ait primꝰ. Carissimi mirabile somniũ uidi. scȝ vnã scalã aureã de celo descendentẽ p quã angeli ascenderẽt ⁊ descenderẽt ⁊ aiam meã usqȝ ad celũ de corpore meo extraxerẽt. quãdo ibi eram patrem ⁊ filium ⁊ spũm sanctum uidi ⁊ tantum gaudium circa animam meam erat ꝙ oculus non uidit nec auris audiuit qđ ibidem percepi. Et istud est somnium meum. Ait secundus. Et ego uidi ꝙ demones cum instrumentis ferreis ac ignitis animam meam de corpore meo traxerunt ⁊ ibideȝ me male tractauerũt ⁊ dixerunt. Quãdiu deus regnat in celo in isto loco permanebis. Ait tercius. Audite somnium meum. Mihi uidebatur ꝙ quidam angelus ad me uenit ⁊ ait. Carissime uis uidere ubi sunt socii tui? Respondi. Etiã dñe. Inter nos habemus vnum panẽ diuidere. timeo ꝙ cum pane recesserunt. Ait ille. Non ẽ ita sed panis iuxta nos ẽ sequere me duxit me ad portam celi caput meum tñ secundum preceptũ suum ĩfra portam posui. ⁊ uidi te ⁊ uidebatur mihi ꝙ ad celum raptus fuisti ⁊ sederes in throno aureo ⁊ multa cibaria ac vina optima ante te haberes. Dixitqȝ angelus mihi. Ecce socius tuus abundat in omni gaudio et cibariis ⁊ ibidem in eternũm permanebit. quia q̃ semel

regnum celeste intrauerit exire non poterit. iam mecum ve/
ni et ostendam tibi ubi alius socius tuus est. Cum uero illum se
cutus fuissem duxit me ad portas inferni et ibi uidi te
sicut dixisti in penis grauissimis et cum tibi quotidie mini
strabatur panis et vinum in magna copia tunc a te que/
siui. O carissime socie mihi displicet quod in istis penis ia
ces. tu uero respondisti mihi quamdiu deus regnat in celo.
hic permanebo. quia hoc merui. Surge ergo cito et to
tum panem comede. quia ammodo nec me nec socium
nostrum uidebis. Ego uero cum uidi surrexi et panem come
di sicut dixisti.

Moralizatio.

Karissimi per istos tres socios tria genera hominum in
telligere debemus. Per primum sarracenos et iu/
deos. Per secundum diuites et potentes huius mundi.
Per tercium uiros perfectos sicut sunt religiosi ac cete
ri homines deum timentes. Per panem rotundum reg
num celeste intelligere debemus. Panis iste scilicet reg/
num celeste diuiditur in tria genera hominum secundum
merita sua. aliquis maius aliquis minus. Primi scilicet sarra
ceni ac iudei dormiunt in peccatis suis et credunt celum
habere. Sarraceni per promissionem machometi cuius
legem tenent. qui eis promisit in celo regnare. Iudei
etiam credunt per legem moysaicam illud obtinere.
Ista creditio est quasi somnus. Secundus socius.
qui somniauit se esse in inferno sunt isti diuites. ac hu/
ius mundi potentes. qui sine aliqua dubitatione per pre/
dicatores ac confessores sciunt. quod si in peccatis sine con
tritione decedunt ad infernum descendant, et ibidem
eternaliter crucientur et puniantur. Et hoc

nō obstante pctā super pctā accumulāt Et iō de diui
tib9 scribit· Ubi sunt potentes mundi hui9 q cū cani/
bus ꝛ auibus ludebant· Mortui sunt ꝛ ad infernū des
cenderūt· Tercius socius scʒ xpian9 qui nō in peccatis
nec in mala fide dormit· sʒ in bonis operibus uigilat
per ꝯsiliū angeli id est spūs sancti dona uitam suā sic
dirigit ut panem scʒ regnū celeste bēat· Ad qđ ꝛc·

De memoria mortꝭ ꝛ nō delectādo ī tpalib9·c·cvii

Erat quedam ymago in ciuitate romana que rec
tis pedibus stabat habebatq manum dexteraʒ
extensam ꝛ super medium digitum erat superscriptio
talis· Percute hic· Ymago ista a longo tēpore sic sta
bat eo ꝙ nullus sciebat quid significaret· percute hic·
Multi admirati sunt ꝛ sepius ad ymaginem uenerunt
titulum respiciendo ꝛ sic recesserunt· quia superscriptio
onem penitus ignorabant. Erat quidam clericus
subtilis· qui cum de ymagine audisset multum solici
tus erat eam uidere· dum autem eam uidisset · ꝛ super·
scriptionem legisset· percute hic· uidens solem super y/
maginem per solis umbrā digitum discernebat ꝑ quē
dicebat· percute hic. Statim ligonem accepit ꝛ vix per
distantiam trium pedum fodiebat ꝛ quosdam grad9
descendentes inueniebat· Clericus non modicum gau/
dens super gradum descendit· quousq sub terra nobi
le palacium inuenit· aulam intrauit· uidensq regem et
reginam ꝛ multos nobiles in mensa sedentes respexit·
ꝛ circumquaq totam aulam plenam hominibus ꝛ om
nes erant uestimentis preciosis induti existentes.

nullus ex omnibus vnicum uerbum ei loquebatur. Re/
spexitque ad vnum angulum ⁊ uidit lapidem politum
qui uocatur carbunculus a quo tota domus lumen re/
cepit. Et ex opposito carbunculi in angulo hominem
stantem habentemque in manu sua arcum paratum cum
sagitta ad percutiendum ⁊ in fronte eius erat scriptum
Ego sum qui sum nullus arcum uitare poterit ⁊ preci/
pue carbunculus ille qui relucet tam splendide. Clericus
cum hoc uidisset admirabatur cameram intrauit mulie/
res pulcherrimas in purpura ⁊ pello operantes inuenit
⁊ nullum uerbum ei dixerunt. Deinde stabulum equo/
rum intrauit ⁊ optimos equos ⁊ azinos ⁊ sic de cete/
ris inuenit. eos tetigit ⁊ ad tactum suum lapides appa/
ruerunt. Hoc facto omnia habitacula palacii uisitauit
⁊ quicquid cor eius desiderabat hoc inuenit. Deinde si/
cut prius aulam intrauit ⁊ de recessu cogitabat ac in cor/
de suo dicebat. Mirabilia uidi hodie ⁊ quicquid cor
desiderat hoc poterat inuenire. Verumtamen nullus
dictis meis credet de istis que vidi. Et ideo bonum
est in signum ueritatis aliquid mecum portare. ad men/
sam superiorem respexit ciphos aureos ac cultellos opti/
mos uidit ad mensam accessit vnum ciphum cum cul/
tello de mensa leuauit ut secum portaret. Cum uero in
sinu suo collocasset. ymago que in angulo cum arcu ⁊
sagitta stabat ad carbunculum sagittam direxit ⁊ illum per/
cussit ⁊ in multas partes diuisit In continenti tota aula fa/
cta est sicut nox tenebrosa. Clericus uidens totaliter
est contristatus uiam exeundi propter nimiam obscuritatem

inuenire non poterat. Et sic in eodem palacio misera morte mortuus est.

Moralizatio.

Karissimi ista ymago que dicit percute hic est dyabolus qui circuit qrēs quē deuoret. qui habet manum extensam id est potestatem super peccatores decipiendos qui dicit percute hic id est homini auaro. dicit percute hic in terra bona mundana appetendo. cor tuum in terrenis ponendo. Clericus qui uenerat postq̄ alii recesserunt est homo cupidus siue auarus quia sicut bonus clericus die ac nocte studet ut scientiam sibi ipsi imprimat ꝛ alios doceat nec satiari poterit quī semper noua inueniet. eodem modo hō cupidus die ꝛ nocte studet in terra in mari quomodo poterit bona mundana acquirere nec oculi satiant᷑. Et ideo cōtra tales dicit seneca. Cum omnia peccata senescunt sola cupiditas iuuenescit. Illi qui uenerunt ad ymaginē sunt boni xp̄iani ꝛ precipue religiosi qui mundū respiciūt quantum ad uictum ꝛ uestitum. ꝛ sic recedunt nec suprascriptionem dyaboli curant tales pericula euadent. Clericus uero per umbram digiti in terra percussit. sic auarus per umbram. scilicet mundi uanitatem. que ē quasi umbra transiens accipit ligonem. id est corpus condensum ꝛ ascensum ac intellectum per que diuitias mundi incipit fodere. Cum uero gradus inuenit descendit. Primus gradus est superbia. secundus concupiscentia oculorum. tercius concupiscentia carnis. Per istos gradus ꝛ alios diuersos cupidus descēdit ꝛ pulcbrum palacium ut ei uidet᷑ plenum hominibus ac

vanitatibus inuenit scʒ mundum istū in quo ⁊ in qb9 miser homo miro modo delectat᷑ ymago que cum arcu stabat ē mors que semper est parata quemlibet nostrum percutere sicut dicit scriptura in fronte. Ego sum scʒ mors qui a multo tempore in mūdo isto introducta sum per peccatum primi parentis. Et nullus poterit quātumcūq; diues generosus fortis arcum meū euadere. Carbunculus est uita hominis q̄diu uita i eo manet dat ei lumen carbuncul9 i uitā pōt hr̄e. sʒ tn̄ auar9 meli9 credit ac sperat uiuere. Et bona mūdana q̄ intelligunt᷑ per ciphū ⁊ cultellū in sinu suo s. in archa sua. credit includere. ueniet mors ⁊ percutiet cum sagitta i. cum graui infirmitate uitam tuam ⁊ statim fit obscuritas intantum ꝙ omnes sensus lumen suum ac uirtuteʒ amittunt. ⁊ iacet corpus ibi mortuum ⁊ miserabiliter. quia infra triduum incipit fetere. tunc dyabolus animam rapit amici ⁊ consanguinei bona sua que cū maledictione dei acquisiuit obtenebunt cadauer terra. ac uermes corpus occupabunt. ⁊ sic nihil peccatori relinquitur nisi pena eterna. Studeamus ꝛc.

De promissionis fideli constantia Capitu. cviii.

Erat quidam imperator in cui9 imperio erāt duo latrones adinuicem confederati iuramento ut nullus alium dimitteret in necessitate sed quilibet pro altero uitam poneret. multa mala adinuicem perpetrauerunt. scʒ furtum ⁊ homicidium Accidit semel ꝙ un9 sine altero ⁊ eo absente cuʒ furto captus erat ⁊ i carcerē in ꝯpedib9 posit9 qđ audiens socius eius alter latro/

ad eum uenit ⁊ dixit Carissime socie. Dic mihi quō ti
bi ē. nā in fide ligati sumus. At ille Ut mihi uidet̄ mo
ri dēo. quia ɔprehēsꝰ sum cū furto si uelles tm̄ facere
istud quod tibi dixero semper cēm tibi obligatꝰ. Ux
orem ⁊ paruulos ac familiam habeo de eis nihil ordi
naui nec de bonis meis. si in loco meo posses expecta
re in carcere. ⁊ hoc poteris a iudice inquirere. Domum
uadam ⁊ de uxore ⁊ familia ⁊ de bonis meis ordina/
bo ⁊ tempore dibito reuertar ⁊ liberabo te At ille Istō
satis fideliter adimplebo. perrexit ad iudicem ⁊ ait.
Domine mi amicus meus captus est ⁊ in carcere positꝰ
mortem ut credo euadere non potest. Si placet tantuꝫ
unam petitionem a uobis peto ut euꝫ licentietis ꝙ ad
domum propriam accedere possit ut ante mortē suaꝫ
de uxore ⁊ familia poterit disponere. Ego uero ut de
eo sis securus loco suo in carcere remanebo donec uene
rit. Ait iudex. Tali die iudicium de eo ac de aliis fiet.
Si uero eodem die non uenerit quid ad hoc responde
bis? Ait ille. Domine omnem securitatē que tibi placet
adimplebo. ꝙ si nō uenerit ꝓ eius amore mortē susti/
nebo Ait iudex/ Petitionē tuā exaudiam. ita tm̄ ꝙ te ī
uinculis habeam quousqꝫ ipse redierit. Et ille. Bn̄ pla
cet mihi. Tunc iudex istum posuit in carcerem ⁊ alium
liberum misit abire. Ille uero domum recessit de uxore
prole ⁊ familia ordinauit ⁊ tamdiu moram fecit ꝙ ad
terciam diem iudicii non comparuit in qua omnes ma
lefactores coram iudice sunt presentati inter alios qui
prompte se carceri obtulit pro amico suo est presenta
tus. Ait ei iudex. ubi est amicus tuus qui hodie debe/
ret redire ⁊ te liberare ac saluare? At ille. Domine

spero q non deficiet. Judex uero diu expectabat si ueniret ꝛ non uenit. statim pro sententia dedit ut ad patibulum duceret'. Et sic factum est. Cum uero ad patibulum uenisset. ait ei iudex. Carissime imputes tibi ꝛ nō mihi. q nunc morieris. dixistis q amicꝰ tuus ueniret. ꝛ te liberaret. Ait ille. Dn̄e ex quo mori debeo. instanter peto ut ante mortem meam pulsare potero. Ait iudex Cuiusmodi pulsacio erit illa. Qui ait. Ante mortem meam tribus uicibꝰ clamare. Et ille. Mihi placet. Ille incepit alta uoce clamare primo. secundo. tercio. respexit circūquaq; ꝛ hominē agili cursu uenientē uidit a lōge ꝛ ait iudici. Mortem meā differas ecce hominē uenientem uideo forte ipse ē socius meus. qui me hodie liberabit. Judex uero cum ipsum uenientem audiss; expectauit. Et ecce socius eius uenit ꝛ ait. O dn̄e ego sum ille qui de bonis meis uxore ꝛ amicis meis disposui ꝛ amicus meus interim in periculo mortis pro me stetit Illum libere permittatis abire. quia paratus sum pro peccatis meis mortem sustinere. Judex respexit eum et ait. O carissime dic mihi causam. quare adinuicē estis tam fideles? Et ille. Dn̄e a puericia quilibet alteri fidē dedit ut in omnibus fideles essemus. Et hec ē cā quare ipse in loco meo se posuit quousq; de domo mea ordinassem. Judex ait. Ex quo ita est. tibi mortē remitto ꝛ sitis mihi fideles. de cetero mecum manebitis ꝛ de ꝑhenda necessaria uobis prouidebo per omnia. Ait illi Domine omnem fidelitatē ammō promittimꝰ uobis Judex igit' eos recepit ad graciam. ꝛ omnes iudicem laudabant. qui fecit eis talem misericordiam.

r

sufficientem habebis. Faber uero vnum post alium le uauit. pastillum plenum terra magis ponderantem inuenit, et illum elegit. Et ait hospiti. Si plus indi/ guero illum secundum eligo ponens manum sup pastillum plenum de ossibus mortuorum. Tercium pastillum ti bi habeas. Hospes hoc uidens in corde suo dicebat Jam clare uideo. quod uoluntas dei non est. quod ille miser pecuniam habeat. statim pauperes ac debiles cecos ac claudos uocauit. et in presencia fabri pastillum aperuit et ait. Ecce miser pecuniam tuam. quam manibus tuis tradidi. tu potius pastillos de terra et de ossibus mor tuorum elegisti. Et bene quia deo non placuit ut pecu niam illam rehaberes. Hospes statim coram suis ocu lis totam pecuniam inter pauperes diuisit Et sic faber cum confusione magna recessit.

Moralizatio.

Karissimi Faber iste potest dici quilibet homo mun danus qui potius nititur mundo seruire quam crea/ tori nostro. Per truncum istum vndique clausum cor cu iuscumque auari intelligitur quod semper est clausum quo ad celestia. pecunia inclusa sunt quedam opera meritoria que aliquando miser homo committit. ex timore dei compulsus. Mare quod fluit et refluit est mundus is te qui capit de corde auari quicquid boni commiserat non tantum uirtutes quas in baptismo recepit sed eci am bonas cogitaciones cordis. Mathei sexto. Vbi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Hospes qui trun cum inuenit est bonus prelatus uel confessor discretus qui tenetur circa peccatores diligentiam habere. et eorum corda et facta scrutari et inuestigare.

quomodo poterunt ad uiam rectitudinis duci. Un-
de homo tenet' sequi uiam per quã poterit salutem in
uenire. scz ad confessionem currere. ⁊ in domo ecclesie
hospitari ⁊ eius preceptis obedire. Tunc confessor dz
eis tres pastillos ostendere. ut unum elegant de istis. p
quem famem peccati extinguere possint. Primus enĩz
pastillus erat plenus terra ⁊ designat mundum. quẽ si
mundanus homo degerit in uita ista. nihil aliud inue
niet nisi terram puram id est sepulchrum uix septez pe-
des continens. quia omne quod est in mundo. aut est
superbia uite. aut concupiscentia oculorum. aut concu
piscentia carnis. immo totus mundus est in maligno
positus. Ergo ue illis qui mundana eligunt. Memen
to ergo homo quia cinis es ⁊ in cinerem reuerteris. Se
cundꝰ pastillus erat plenus ossibus mortuorum. ⁊ sig
nat carnem id est carnales homines ut sunt ociosi gu-
losi luxuriosi. Qui cum omni studio intendunt carni
placere. Contra tales dicit apostolus. Si secunduz
carnem vixeritis moriemini. Tunc inuenietis opera
uestra quasi ossa arida. que nihil aliud ualent. nisi vt
comburantur. Ve ergo illis. qui illum pastillum
scilicet carnales delicias eligunt. Tercius pastillus
erat plenus argento ⁊ auro puro. ⁊ ille designat celum
empyreum. in quo est thesaurus infinitus. Pauci
sunt respectiue qui manum ad illum pastillum ponãt
vnde Mathei. Lata est via que ducit ad inferos. stri
cta que ducit ad celum. Ideo pauci per eam ãbulant
Quid ergo faciendum? Certe vocandi sunt pauperes ⁊
debiles. id est iusti atqz sancti qui in uita ista per tribu
lationes multas propter deum transierunt ⁊ multas

miserias sustinuerunt. Talibus dicetur illud. Mathei xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnu3 qd vobis paratum est. Ad quod nos &c.

De errantium mirabili reuocatone & afflictorū pia consolatione Ca. cx.

Traianus imperator regnauit in cuius imperio erat quidam miles nomie Placidus. qui erat magister militie ex parte imperatoris. Ille erat in operibus misericordie ualde assiduus sed tamen ydolorum cultui deditus. Habebat autem uxorem eiusdem ritus & misericordie existente3 duosq3 filios ex ea procreauit quos iuxta suam nobilitatem magnifice educari fecit. Et quia misericordie operibus sedule insistebat/ad uiam ueritatis meruit illustrari. Quadā eni die cum uenationi insisteret gregē ceruo℞ repperit inter quos unū ceteris speciosiorem & maiore3 conspexit qui ab alio℞ societate discedēs in siluā uastiorem ꝓsiluit cū cu3 alii milites circa reliquos ceruos occupati essent placidus illū toto nisu insequebat᷑ & ipm capere nitebat᷑. Quem cum totis viribus insequeret᷑. ceruus tandē super quā dam rupis altitudinem conscendit. & placidus appropinquans qualiter eum capere posset in animo sedule cogitauit. Qui cum ceruum diligenter inspiceret. uidit inter cornua eius forma3 sancte crucis. super solis claritatem fulgentem & ymaginem ihesu xpi qui p os cerui (sicut olim p asinam balaā) sic ei locut9 ē dicēs. O placide quid me insequeris? Ego tui gratia i hoc aīali apparui tibi. Ego sum xps quē tu ignorās colis. elemosine tue coram me ascenderunt. Et ob hoc veni

ut per hunc ceruū quem venaris ego quoq ipse vena
rer te. Alii tamen dicunt q ipsa ymago q̄ iter cornua
cerui apparuit hec verba protulit. Hoc audiens placi/
dus nimio terrore correptus est. De quo in terram ce
cidit. et post vnam horam ad se rediens de terra sur/
rexit et ait. Reuela mihi quid loqueris sic credam i te
Et ait xpus. Ego suz xps placide qui celum 7 terrā
creaui qui lucem oriri feci et a tenebris diuisi qui tem/
pora dies 7 annos constitui qui hominez de limo ter.
re formaui. qui propter salutem humani generis in ter
ris in carne apparui. Qui crucifixus 7 sepultus tercia
die resurrexi. Audiens hec placidus iterum in terrā ce/
cidit 7 ait. Credo domine q tu es qui omnia fecisti et
qui errantes conuertis. Et dixit ad eum dominus.
Si credis uade ad episcopum ciuitatis 7 te baptizari
facias. Cui placidus Vis domine ut hec eadem nuu/
ciem uxori mee 7 filiis. ut 7 ipsi pariter in te credant.
Cui dominus. Nuncia illis ut 7 ipsi pariter tecum mū
dentur. Tu quoq die crastina huc uenias. ut tibi rur/
sum appaream 7 que futura sunt plenius pandam.
Cum ergo placidus domi venisset 7 hec uxori in lecto
renunciasset exclamauit vxor eius dicens. Domine
mi 7 ego alia nocte transacta vidi eum dicentem mi/
hi. Cras tu 7 vir tuus 7 filii tui ad me venietis. Et
nunc cognoui q ipse est cristus. Perrexerunt ergo me/
dia nocte ad episcopum ciuitatis rome. qui eos cum
gaudio magno baptizauit 7 placidum vocauit eusta
cium. vxorem tesbitam Et filios eius tesbitum 7 aga
pitum. Mane vero facto Eustacius sicut

consueuerat ad venationem processit. ⁊ prope locum
veniens milites suos quasi sub obtentu inuestigāde ve
nationis dispersit. Statimq; in locum formam pri/
me visionis aspexit. Cadensq; in terram in faciem suā
dixit. Supplico tibi domine ut manifestes que pro
miseras seruo tuo. Cui dominus. Beatus es eustachi
qui accepisti lauacrum gratie mee. qui meridianum
superasti. Et modo eū qui te deceperat conculcasti
modo apparebit fides tua. Diabolus enim eo ꝙ ip/
sum dereliquisti contra te seuiet ⁊ variis modis arma/
bitur. Oportet enī te multa sustinere ut accipias coro
nam victorie. Oportet te multa pati. ut de alta seculi
vanitate humilieris ⁊ rursus in spiritualibus diuitiis
exalteris. Tu ergo ne deficias nec ad gloriam pristinā
respicias. quia per temptationes oportet te alterū iob
demonstrari. sed cum humiliatus fueris veniam ad te
⁊ in gloriam pristinam te restituam. Dic ergo mihi si
temptationes modo vis sustinere aut in fine vite tue.
Dicit ei eustacius. Domine si oportet ita fieri modo
iube temptationem accedere. sed virtutem patientie tri
bue. Cui dominus. Fortes estote. quia gratia mea cu
stodiet animas vestras. Sicq; dominus in celum as/
cendit. ⁊ eustacius domum rediens. Hec vxori sue nun
ciauit. Post paucos igitur dies mors pestifera cunc
tos seruos ⁊ ancillas inuasit ⁊ vniuersos occidit. De
inde post alios dies omnes equi ⁊ omnia eius pecora
subito interierunt. Quidam autem scelesti eius depre
dationem videntes per noctem in domum eius irruē/
tes. cuncta que repperrerunt asporta/

uerunt· ⁊ totam domum auro ⁊ argento ⁊ rebus aliis spoliauerunt. Et ipse cum vxore sua ⁊ filiis gratias deo agens nocte nudus aufugit· Qui ruborem ve/rentes egiptum pergebant totaq; eius possessio per ra pinam malorum ad nihilum est redacta· Rex autem totusq; senatus pro magistro militum tam strennuo· multum dolebant eo q nullum indicium de eo reperi/re poterant· Cum autem iter agerent appropinqua/uerunt mari: inuenientes nauim: in ea nauigari ceperūt Uidens autem dominus nauis vxorē eustacii· q pul chra esset nimis·ipsam habere desiderauit· Cum ve ro transfretassent naulum ab eis exigebat non haben/tibus illis vnde soluerent. iussit pro naulo retinere vx orem volens eam secum habere. Quod ut eustacius audiuit·nullatenus consentire uoluit diu eo contradi/cente· Innuit dominus nautis suis ut eum in mari p cipitarent· vt sic vxorem suam habere posset·Quod cum eustacius comperisset uxorem eis tristis reliquit· Et duos infantes accipiens ingemiscens ibat dicens. Ue mihi ⁊ vobis · quia mater uestra alienigene mari/to tradita est·perueniensq; ad quendam fluuium ꝓp/ter aquarum abundantiam non est ausus cum duob9 filiis flumen pertransire · Sed vno circa ripam flumi/nis relicto alterum transportabat· Qui cum fluui/um transfretasset illum infantem quem baiulauerat su/per terram posuit · ⁊ ad accipiendum alium infantem festinauit · Cum autem circa medium fluminis per/uenisset· Ecce lupus concitus venit· ⁊ infantem

quem disposuerat rapiens in siluam fugit. Qui de eo desperans ad alium festinaret. Sed cum abiret. leo ad uenit et alterum leonem rapuit et abcessit. unde cum se qui non ualens cum esset in medio fluminis cepit plā gere et capillos suos euellere. uolens se in aquam proii cere nisi ipsum diuina prouidentia conseruasset. Pas tores autem uidentes leonem puerum unum portan tem. eum cum canibus insecuti sunt. Per diuinam au tem dispensationem. leo puerum illesum abiiciens re cessit. Quidam insuper aratores post lupum claman tes de eius faucibus alium puerum incolumem libera runt. Utriqꝫ uero pastores et aratores de uno uico fuerunt et penes se pueros nutrierunt. Hoc autem eu stacius nesciebat. Sed merens ac plorans bat dicēs Heu mihi. quia ante ut arbor pollebaꝫ. sed modo pe nitus nudatus sum. Heu mihi. quia multitudinē mi litum circumdari solebam. sed modo solus remanens nec filios sum concessus habere. Memento domine tu mihi dixisti. Quia oportet te temptari sicut iob. Ecce plus qꝫ iob aliquid in me fieri uides. Ille enim et si o uibus nudatus fuerit tamen stercus habuit super quo sedere potuit. Mihi autem nihil horum remansit. Ille amicos sibi compatientes habuit. Ego feros ha bui in amicos. qui filios meos rapuerunt. Illi ux or est relicta a me uero ablata. Da requiem domi ne tribulationibꝰ meis. et pone custodiā ori meo. ne ꝺ clinet cor meū ī uerba malicie et eiciar a facie tua. His dictis cum lacrimis ad quendam uicum abiit. et data sibi mercede agnos illorum hominum per

annos·xv·custodiuit· Filii autem eius in altero uico
sunt educati·Nec se fratres eē sciebant· Dominus autē
nauis uxorē eustacii conseruauit· nec eā alienigena ille
cognouit·Sed potius eam intactam dimittens uitam
finiuit· Imperator autem ⁊ populus romanus pluri/
mum ab hostibus molestabatur ⁊ recordatus placi/
di q̄ strenue contra eos dimicasset de eius subita mu
tatione pluries tristabatur direxitq; multos milites p
diuersas mundi partes·promittens omnibus qui eū
inuenirent multas diuitias ⁊ honores· Quidā autē ex
militibus qui aliquando placido ministrauerant · ad
ipsum uicum in quo degebant uenerunt · quos placi/
dus cum de agro uenit considerans·eos ex incessu ꝓ/
tinus recognouit ⁊ ingemiscendo perturbari cepit co/
gitans dignitatem quam olim habuit · ⁊ in corde suo
dixit·Domine sicut istos qui aliquando mecum fuerūt
preter spem nunc uidi da ut coniugem meā uidere pos
sim·nam de filiis scio q͛ a feris comesti sunt· Venit
enim ad eum uox dicens·Confide eustaci quia cito bo
norem tuum recuperabis ⁊ filios ⁊ uxorem recipies
Cum igit͛ militibus obuiasset ipsi eum minime cogno
uerunt·Cumq; eum salutassent quesierunt si aliquē ꝑe/
regrinum nomine placidum cum uxore ⁊ cum duobꝰ
filiis cognosceret? Ille autem se nescire professus ē· ad
preces tamen eius in hospitium diuerterunt·⁊ eustatiꝰ
eis seruiebat ⁊ recolens pristinum statum suū lacrimas
continere non poterat·Egressus autem foras faciē suā
lauit ⁊ iterū rediēs eis seruiebat· Illi uero ꝯsiderantes

adinuicem dixerunt. Nu similis est hic homo illi cuez
cucrimus. Et respondens alter dixit. valde similis ē
Consideremus igitur si habet signum cicatricis in capi
te. quod sibi in bello accidit ipse uero est. Et respicien
tes ⁊ signum videntes ipsum esse quem querebant ꝓ/
tinus cognouerunt ⁊ insilientes ⁊ osculantes euz de ux
ore sua ⁊ filiis sciscitati sunt. Qui dixit eis qꝫ filii mor
tui essent ⁊ vxor detenta vicini autem omnes ad spec
taculum concurrebant Dum milites virtutem ⁊ primā
gloriam narrabant. tunc preceptum imperatoris mili
tes ei exposuerunt. ⁊ optimis vestimentis ipsum indu
erunt. Post iter quindecim dierum ad imperatorez
uenerunt. Qui eius aduentum audiens. eidem protinꝰ
occurrit. ⁊ in oscula pacifica eius ruit. Narrauit om
nibus per ordinem cuncta que sibi acciderāt. statimqꝫ
ad magisterium militie trahitur. ⁊ idem officiuz quod
habuerat prius exercere compellitur qui numeratis mi
litibus ⁊ paucos contra hostes esse cognoscens. iussit
tyrones colligere per omnes ciuitates ⁊ uicos. Con/
tigit autem ⁊ illam terram describi in qua filii sui edu/
cati fuerant. vt darent duos tyrones. vniuersi autem
eius loci incole illos duos iuuenes tāqꝫ pre ceteris ap
tiores magistro militum consignauerunt. Videns
ergo illos duos iuuenes elegantes. ⁊ morum honesta
te compositos cum sibi plurimum placuissent iter pri
mos in acie ordinauit. ⁊ sic profectus ad bellum sub/
iectis hostibus exercitum suum tribus diebus in quo
dam loco ubi uxor sua paupercula manebat requies/
cere fecit. vbi hospitati sunt. Ignorātes tū qꝫ mr̄ sua

esset ⁊ sedentes circa meridiem ⁊ mutuo confabulātes
exponebant sibiīnuicem de infantia sua. Mater vero
econtra sedens que ipsi referebant attentius audiebat
Dixit enim maior minori. Ego duꝫ infans essem. nihil
recolo nisi ꝙ pater meus magister militum erat ⁊ ma/
ter mea ualde speciosa Duosqꝫ filios habuit scꝫ me ⁊ a
lium minorem me. Qui etiam ipse ualde speciosꝰ erat.
Accipientesqꝫ nos parētes nostri egressi sunt de domo
nocte ingressiqꝫ nauem nescio quo euntes. Cumqꝫ auteꝫ
de naui egrederemur. mater nostra quomodo nescio in
mari relicta est. Pater noster portans nos duos per
gebat flens perueniensqꝫ ad quendam fluuium transi/
uit cum fratre meo minore ⁊ me super ripam fluminis
reliquit. Cum autem reuerteretur ut me acciperet. lu/
pus venit ⁊ illum infantem rapuit. ⁊ anteqꝫ ad me ap
propinquararet leo de silua exiens me rapuit. ⁊ in sil/
uam duxit. Pastores uero me de ore leonis eripuerūt
⁊ nutritus sum in illa possessione ī qua ⁊ ipse scis ⁊ nō
potui scire quid factuꝫ sit de patre meo. neqꝫ de fratre
Audiens hec minor frater cepit flere ⁊ dicere. Per deuꝫ
ut audio frater tuus ego sum. Quoniam qui me educa
uerunt mihi dixerunt quomodo me eruerunt de fauci/
bus lupi. Et in amplexibus ruentes osculabantur se/
inuicem ⁊ fleuerunt Audiens hoc mater eorum ⁊ cō
siderans ꝙ euentum suum ita seriatim dixissent diu a/
pud se tractauit si filii sui essent. Altera autem die ma
gistrum militum adiit ⁊ interpellauit dicens. Depcor
te domine ut me ad patriam tuam perduci iubeas.
Ego sum de terra romanorum ⁊ hic peregrina suꝫ. hec

dicens uidit in eo signa mariti sui. Et cum cognosceris
cum se iaȝ continere non posset procidit ad pedes eiꝰ
⁊ ait Precor te domine ut mihi exponas pristinam ui
tam tuam puto enim ꝙ tu sis placidus magister mili
tum qui alio nomine eustacius nuncupatur. quem sal/
uator conuertit qui talem temptationeȝ sustinuit ⁊ cui
uxor que ego sum in mari ablata fuit· que tamen ab ō
ni corruptione seruata sum Qui ⁊ duos filios agapi/
tum ⁊ tesbitum habuit· Audiens hec eustacius ⁊ ipsam
diligenter considerans vxorem suam esse recognouit.
⁊ lacrimas pre gaudio fudit· Ipsam osculatus ē ⁊ glo
rificans deum qui consolatur afflictos· Tunc dixit ei
uxor sua· Domine vbi sunt filii nostri? Qui respondit
A feris capti sunt· ⁊ exposuit ei quomodo eos perdi/
dit· Et illa gratias agamus domino· puto eniȝ ut quē
admodum deus donauit nobis · ut inueniremus nos
inuicem. dabit etiaȝ recognoscere nobis filios nostros
At ille· Dixi tibi ꝙ a feris deuorati sunt Cui illa· Hes
terna die sedens in orto audiui duos iuuenes· sic ⁊ sic
suam infantiam exponentes· credo ꝙ sint filii nostri· i
terroga eos ⁊ dicent tibi . Conuocans autem eustaci/
us eos ⁊ audiens ab eis infantiam suam recognouit.
ꝙ filii sui erant· Et amplectentes eos ipse ⁊ mater su
per eorum colla plurimum fleuerunt ⁊ crebrius eos os
culabantur · Omnis autem exercitus plurimū gau/
debat de inuentione eorum ⁊ de uictoria barbaroruȝ
Cum igitur redirent · contigit iam troianum obiisse
et successisse ei peiorem in sceleribus nomine adrianum
Qui pro victoria obtenta ⁊ inuentione vxoris ⁊ filio
rum suorum maguifice eos suscepit ⁊ magnum

conuiuium preparauit. Altera autem die ad templũ ydolorum processit ut ibi sacrificaret pro uictoria barbarorum. Videns aũt imperator q eustacius nec pro victoria nec pro inuentiõe suorum sacrificare uellet hortabatur ut sacrificiũ immolaret. Cui eustacius. Ego xpm deum colo et illi soli seruio et sacrifico. Tunc iperator ira repletus ipsum cum uxore et filiis in barena statuit et leonem ferocem ad eos dimitti fecit. Accurrens uero leo demisso capite quasi eos adorans ab eis humiliter recessit. Tunc imperator bouem ereum incendi fecit et eos ibidem uiuos immitti mandauit. Orantes igit' sancti et se domino commendantes bouem intrantes ibidem dño spũm reddiderũt. Tercia autẽ die de boue sunt coram iperatore extracti. ita penitus intacti inuenti sunt q nec capillos nec quicq̃ eorum uapores incendii aliquatinus contigerunt. Xpiani uero eorum corpora tulerunt et in loco celeberrimo recondentes ibidem oratorium construxerunt. Passi sunt autem sub adriano. qui regnare cepit circa ãnos domini. xx. kalendas nouembris uel sm quosdam. xii. kalendas octobris.

Moralizatio.

Carissimi iste imperator est dominus noster ihũs xps. Placidus potest dici quilibet homo mũdanus in uanitatibus seculi occupatus qui pergit ad venandum ea que sunt mundana cum militibus suis id est quinq; sensibus. Tandem uenit ad gregẽ ceruorum in quibus multum delectatur. Cerui isti qui sunt inuenti sunt uisus auditus etc. Verba detractoria et uana et sic de aliis sensibus exterioribus. Sed

attendatis· ꝙ ceruus pulchrior cucurrit ⁊ recessit a so/
cietate aliorum· quem toto conamine insequebatur pla/
cidus· Ceruꝰ ille ē ratio que ē optima potētia aic quā
hō tenet' toto conamine in omnibus operibus sequi
Si desiderat habere uitam beatā.' Ceruus ille ascendit
ripam. Ripa est iusticia siue rectitudo quā ratio semp
diligit· ⁊ infra cornua rōis uidit ymaginem crucifixi.
Cornua sunt lex antiqua ⁊ noua In lege antiqua bene
prophetizatum erat a multis de aduentu xp̄i· ⁊ de eꝰ
morte· In lege noua clare uidere possumus quomodo
⁊ qua morte pro nostra salute mortuus ē· Ideo ceruꝰ
ille bene dicit ut mundum despiciamus ⁊ ea que in mū
do sunt· ut sequamur uestigia xp̄i sicut fecit placidus.
Sed posses dicere· Libenter essem instructus quō uesti
gia xp̄i debeā sequi· Ecce exemplum in isto beato Eu
stacio primo renuncia uxori ⁊ filiis· Uxor illa que est
speciosa ualde est anima tua ad dei similitudinem cre/
ata· que semper est parata xp̄o obedire. si caro ei ↄsen
tiat. Duo filii paruuli sunt uoluntas ⁊ opus qui sunt
paruuli q̄diu homo permanet deo ↄtrarius. Unde
primo oportet per penitentiam in terram cadere· Dēi
de omnia temporalia a te repellere· si non opere tm̄ uo
luntate· Hoc est sic intelligendum· ꝙ semper deum om
nibus preponas· Post hoc placidus surrexit ⁊ cū ux/
ore ⁊ filiis nocte nauem intrauit Sic tu carissime surge
per contritionem cū bona uolūtate ⁊ bonis operibus
⁊ intra nauē sancte ecclesie ⁊ deus in omnibus erit tibi
propicius. Magister nauis est prelatus qui libenter
nos retineret· Sed uxorē nostrā id ē animā habet tene
re in diuinis preceptis · Et si contingat hominem

uagari extra nauem ecclesie amittere potest duos fili/
os scꝫ voluntatem bonam ⁊ bonum opus. que prius
habuit erga deum·sicut placidus fecit· Placidus intra
uit fluuium ⁊ infantes portauit. lupus vnum cepit et
leo alium· Per fluuium mundum intelligere debemus
per leonem dyabolum·per lupum propriam carnem·
Dyabolus rapit a corde hominis bonam uoluntatē
Caro bonū opus· Ratio dicit bonum esse ieiunare ⁊ ī
bonis operibus uigilare. Caro dicit· Melius est bene
comedere ⁊ suauiter dormire. Quid ergo est faciendū
Si illa duo ablata fuerint ab homine scꝫ bona uolun
tas ⁊ opus meritorium certe pastores ⁊ aratores hn̄t
cum canibus viriliter sequi. Pastores isti sunt con
fessores discreti qui habent nos dirigere ⁊ a via perdi
tionis deducere· Aratores sunt predicatores qui ha
bent terram cordis nostri per sacram scripturam arare
spinas peccatorum euellere ⁊ uirtutes inserere·uicia ex/
tirpare· ⁊ per consequens hominem in seruitio dei nu/
trire· Ita ꝙ sint duo in vna ciuitate scilicet in vna di/
lectione ⁊ concordia·ut caro spiritui nō contradicat
Tunc rex misit ad querendum placidum. Sic deus mi
sit primo patriarchas ad hominem·secundo prophe
tas Sed homo nolebat fateri eos cognoscere donec ue
nit filius dei· ⁊ nos suo precioso sanguine redemit·
Ideo iustum est ut hospitium domus nostre sit mun/
dū p opa meritoria ī quo nō sit pc̄tm̄· ⁊ sic apparebit
uxor munda ⁊ speciosa scꝫ aīa cū duobꝯ filiis·i. cū uo
luntate ꝓpria deo semp seruiendo per opera mīe· Et
uideas ꝙ signum habeas per quod poteris cognosci
sicut placidus habuit· Signum illud debet esse

f

dilectio dei ꝛ proximi ut deum super omnia diligas. ꝛ ꝓximū sicut teipsum. Et sic poteris fieri magister militū scꝫ omnium sensuū eos recte dirigendo. Et sic per martirium macerationis ad uitaꝫ eternam perueni re Quod nobis ꝛc.

De custodia ꝛ circūspectione habēda ad gregem cō missum. Ca. cxi.

Uidam nobilis quandam uaccā candidam ha buit quam multum dilexit ꝓpter duo. Primo quia candida erat. Secundo quia in dando lac habū dauit. Nobilis ille pre nimio amore ordinauit ꝙ uac ca duo cornua aurea habuit ꝛ itra se cogitauit cui pos set uaccam ad custodiendum dimittere. Erat enim tunc temporis quidaꝫ homo nomine argus qui uerax in omnibus erat ꝛ centum oculos habebat. Nobilis iste nuncium ad argum misit ut sine dilatione ulteriori ad eum ueniret. Qui cum uenisset ait. Uaccam me am cuꝫ cornibus aureis tue custodie committo ꝛ si be ne custodieris te ad magnas diuicias promouebo. Si uero cornua fuerint ablata. morte morieris Argus uero uaccā cum cornib⁹ recepit ꝛ secum duxit singulis diebus cum ea ad pascua perrexit ꝛ eam diligenter cus todiuit ꝛ de nocte eam domum reduxit. Erat quidaꝫ homo cupidus nomine mercurius subtilis ualde in ar te musicali qui miro modo uaccam habere cupiebat se pe ad arguꝫ uenit ut prece uel precio cornua ab eo ob tineret. Argus tenens in manibus baculum pastoraleꝫ illum in terraꝫ fixit ꝛ ait baculo in persona domini sui Tu es dominus meus. nocte ista ad castrum tuum ue niam. tu dicis mihi ubi est uacca

cum cornibus ego respondeo. Ecce vacca sine cornib9 me enim dormiente latro quidam cornua abstulit Tu dicis. O miser nõne centũ oculos hẽs. quõ erat q̃ oẽs dormirent ⁊ latro cornua abstulit? hoc est mendaciũ Et sic ero filius mortis. Si dicã vendidi. filius ero do mino meo. Deinde ait mercurio. Perge uiam tuã quia nihil obtinebis. Mercurius recessit. ⁊ altera die cum ar te musicali ⁊ suo instrumento uenit. Qui cũ uenisset in/ cepit cum argo more hystrionico fabulas dicere ⁊ ple rũq; cantare. quousq; duo oculi argi inceperũt dormi/ re. Deinde ad cantum illius duo alii oculi dormitaue runt. ⁊ sic deinceps donec vniuersi somnum caperent. Quod cernens mercurius caput argi amputauit ⁊ uac cam cum cornibus aureis rapuit.

Moralizatio.

[K]arissimi nobilis ille est dominus noster ihũs xp̃s. Vacca candida anima ad dei similitudi nem creata. que dum manet ĩ puritate uite dat lac deuotionis ⁊ orationis. propter que duo multum a deo diligit᷑. Et ideo dedit ei cornua aurea quia per vtrũq; saluati sunt plures homines post mortem xp̃i. Vacca illa cum cornibus traditur argo. id est prelato Vnde argus cum centum oculis claris virum ꝓuidũ ⁊ discretum ac vndiq; circumspectũ significat. qui sem per habet vigilare iuxta gregem sibi commissum. Vn de Ezech. iii. dicit᷑ prelato. Si non annunciaueris ei. neq; locutus fueris ut auertatur a via sua impia ut ui uat. ⁊ ipse impius in iniquitate sua moriatur. sangui nem eius de manu tua requiram.

Si autem annunciaueris impio ꝛ ille non fuerit ouer/
sus ab impietate sua. ꝛ a via sua pessima ipse quidem
in iniquitate sua morietur. tu autem animam tuam li/
berasti. Sed heu multi baculum pastoralem id est ptã
tem suam ante oculos hoīm ostendūt ut uideant̃ ꝛ ut
ab hominibus honorentur. Sed sepe contingit cū ue
nerit aliqua temptatio dyabolica scꝫ audiēdo cantus
musicales id est mulierꝫ. Qui cum sepe ab hominibus
libenter audiunt̃ ꝛ in illis delectant̃ intantū ꝙ a sue cir
cūspectionis uigilantia cadunt. ꝛ dormiente ipsorum
prudentia spūaliter pereant ꝛ uaccam id est aīam quã
diligenter seruare debent. per peccatum amittūt Unde
caput a talibus amputat̃. i. beata uita quã deo promi
serunt per opa meritoria seruare. Mercurius id ē dya
bolus aufert ab eis uitam eternã ducendo uaccã. i. ani
mam ad infernū.

De curatione aīe p medicinã supercelestis medici. ꝙ
quidã curant̃ ꝛ quidã nō. Ca. cxii.

Orgonius regnauit. qui uxorem pulchram acce/
pit que concepit ꝛ peperit filium. puer creuit ꝛ ab
omnibus est dilectus. Cū aūt decem ãnos in etate habu
it mortua est mater eiꝰ ꝛ tradita honorifice sepulture.
Post hoc ex consilio multorum rex aliã uxorē duxit.
que filiū prime uxoris non dilexit sed obprobria mul
ta sibi intulit. Rex autem hoc percipiens uolens place
re uxori filium suum extra imperium ordinauit. Filiꝰ
sic expulsus artem medicine studuit ꝛ in tantum profe
cit ꝙ factus est magnus ꝛ perfectus medicus. Audiēs
rex ꝙ filius suus in studio profecit gauisus est ualde.
Accidit infra tempꝰ breue ꝙ rex in grauē infirmitatem

cecidit· litteras pro filio destinauit ut ad eum sine ulte
ori dilatione ueniret ⁊ eũ ab infirmitate liberaret· Fili
us uero ut uoluntatẽ patris intellexit· ad patrẽ uenit·
eum perfecte curauit· Unde fama eius per totũ regnuȝ
uolauit· Post hec regina nouerca eius usqȝ ad morteȝ
infirmabat᷑ ⁊ medici ex omni parte sunt adducti · qui
omnes eam ad mortẽ iudicabãt· Hoc pcipiẽs rex con
tristatꝰ ualde· rogauit filium suũ ut eã curaret · At filiꝰ
ait· Petitionem uestram adimplere nolo· Cui pater·
Extra regnum meũ te expellam. Cui filius· Si sic agi/
tis· iniuste mecum facitis· Pater bene constat uobis ·
ꝙ me extra regnum expulistis propter eius suggestio/
nem. Unde mea absentia fuit causa uestri doloris ac ĩfir
mitatis ⁊ mea presentia est causa doloris ⁊ infirmitat᷑
regine· ⁊ iõ nolo eam curare sȝ ab ea recedere Ait pater
Eundem morbum habet queȝ ego habui· me perfecte
curasti sic ⁊ eam cura· Respondit filius· Pater mi licȝ
sit eadem infirmitas· non tamen eadem complextio est
tibi ⁊ sibi· Quicquid ego tibi feci· gratum ⁊ ratum ha/
buisti· qñ palaciũ ĩtraui ⁊ me uidisti curatꝰ fuisti nouer
ca mea quãdo me uidet grauat᷑· Si loquor incenditur
dolor si tãgã eã extra seipsam rapit᷑. Et iõ nil᷑ magis
expedit egris curandis nisi dare eis quod uolunt ⁊ qđ
desiderant· Et sic per tales allegationes filius euasit·
⁊ nouerca defuncta est.

Moralizatio.

Arissimi rex iste potest dici primus parens adaȝ
qui locum ⁊ imperium habebat scilicet paradi/
sum· quem deus dominũ totius mundi ꝯstituit· psal·
Omnia subiecisti sub pedibus eiꝰ ⁊c· Qui desponsauit

pulchram uxorē id est animam ad dei similitudinē cre
atam ex qua genuit filium id ē xp̄m sua progenie pro
ductum q̄rtum ad humanitatem. Uxor id est anima
morit᷑ sp̄ūaliter per peccatum quod commisit statī du
xit aliam uxorem scꜫ iniquitatem ⁊ miseriam in quam
cecidit per quam paradiso priuabat᷑ ⁊ in isto mundo
ponebat᷑ ubi in sudore ⁊ labore uixit. Filius dei. qui
erat de sua progenie secundum carnem de imperio cele
sti propter nostram infirmitatem ⁊ iniquitatem descē
dit. qui factus est noster medicus. omnes infirmitates
curat intantum q̄ fama eius in celo ⁊ in terra ⁊ in infer
no uolauit. Sed pater noster adā graviter infirmaba
tur per peccatum commissum tam in corpore q̄ȝ in ani
ma. In corpore perdidit gloriam ⁊ honorem. quādo
de paradiso est expulsus In anima quia a deo separa
tus ⁊ in infernum collocatus. Deus uero optime ⁊ p/
fecte illum sua benedicta passione curauit. Sed nouer/
cam. s. dyabolum cui per peccatū coniunct⁹ erat nūq̄ȝ
uolebat curare. Dic ergo mihi quare habuerunt infir/
mitatem? quia ambo per peccatum ceciderunt Ad hoc
dico licet ambo peccauerunt tamen alio ⁊ alio mō Dy
abolus sine suggestione ⁊ ex propria malicia. Homo
uero per dyabolū temptatus ⁊ ex fragili materia plas
matus in peccatum cecidit. ⁊ oleum mīe petiit. Jō me/
dicus dominus nr̄ ihūs xp̄s hominē curauit sȝ nō no
uercam. s. dyabolum. Nouerca illa ē cā quare filī⁹ dei
a multis hōib⁹ in alienā regionē mittit᷑ ⁊ ab eis expel
lit᷑. Sȝ econuerso presentia diuina ē cā mortis dyabo/
li. quia ambo se non compatiunt᷑

De spūali pugna ꝛ remuneratione pro uictoria.
Capitulum.cxiii

Donias regnauit diues ualde qui torneamēta ꝛ bastiludia multum dilexerat. Unde quodam tē pore torneamenta fecit proclamari ut quicūq; se i tor/ neamento melius haberet mercedem condignam a re. ge obtineret. Hoc audientes nobiles ꝛ optimates ad torneamentum uenerunt Rex ordinauit ut milites diui derentur ita ꝙ ex una parte plures ordinauit in certo numero ꝛ tot ex alia parte Ille uero qui primo ordīa/ ti fuerunt omnia scuta sua ꝛ arma ī loco ad hoc depu tato per ordinem posuerunt. Rex precepit ut quicunq; ex alia parte scutum alicui⁹ cum basta tangeret. statim ille cuius scutum tactum eēt. ad torneamentum secum descenderet. ꝛ una puella ad hoc electa illum armaret. ꝛ sic contra alium luderet. ꝛ si alium in ludo superaret illo die corona regis coronatus esset. ꝛ in regali mensa collocaretur. Miles quidam hoc percipiēs diligenter omnia scuta respexerat ꝛ unum scutum uidit. in quo erant tria poma aurea que miro modo habere deside/ rabat scutum illud tetigit. Alius autem cuius erat scu tum statim a puella se armari fecit ꝛ descendit ꝛ ↄtra eum lusit in quo ludo caput eius qui scutum suum teti git amputauit ꝛ mercedem condignam accepit.

Moralizatio.

Karissimi iste imperator est dominus noster ihūs xp̄s qui contra dyabolū pugnauit primo in ce/ lo cōmissum ē torneamentum. i. bellum inter deū ꝛ dy abolū quā michael ꝛ āgeli ei⁹ p̄liabāt' cū dracone ꝛ po/ stea in terra in die parasceues. Sed redeamus ad

propositum. deus habet tria scuta seu signa scȝ poten tiã que est scutum patris. sapientiam. que est scutuȝ fi lii. bonitatem. que est scutum spũs sancti. Illa tria scu ta deus posuit in vno loco determinato scȝ in natura humana quando creauit hominē ad ymaginē ⁊ simi litudinem suam. primus homo dominabat omnibus bestiis ecce potentiam que est scutum patris. Primus homo plenam habuit scientiam de omnibus reb9 ecce sapientiam que est scutum filii. Primus homo creatus est in grã ⁊ in dilectione dei ⁊ proximi. ecce bonitateȝ que ē scutũ spũs sancti. Malignus uero spũs in malo obstinat9 uolens pugnare cõtra deũ accessit ad homi nem in quo tria scuta trium personaꝝ erant appensa. ⁊ vnum tetigit non scutum patris dicens. Si comederitis eritis potentes sicut dii. Nõ scutum spũs sancti dicēs Eritis boni uel amantes Sed tetigit scutum filii ĩ quo reperta sunt poma aurea. scȝ operatio trinitatis dicēs Si comederitis ex isto fructũ eritis sicut dii scientes bo num ⁊ malum. Tactum ergo ē scutum filii dei. decuit ergo ut deus pater mitteret filium qui malignum spiri tum pro nobis expugnaret. Illum dei filiũ armauit v na uirgo electa scȝ beata uirgo maria de qua humanã naturam assumpsit cum qua nos ad uitam eternam p duxit.

De liberatione hũani generis a fouea infernali. c. cxiiii

Erat quidam rex in cuius imperio quidam paup habitabat. qui singulis diebus ad quandam sil uam perrexit. ut ligna colligeret ad vendendum. per q posset victum ⁊ uestitum acquirere. Accidit

quadam die q̄ ad siluam cum asino suo perrexit· a ca
su infra densitatem nemoris cecidit subito in quandā
foueam receptus de qua nullo modo poterat exire· In
qua fouea erat draco horribilis qui totam foueam in
terius cum sua cauda circūuoluit· In eadem fouea erāt
serpentes multi in superiori parte fouee in profundo ꝛ
in medio erat quidā lapis rotundus· ad quem omnes
serpentes singulis diebus semel in die descendebant ꝛ il
lum lambebāt· Deinde draco simili mō lambebat lapi
dem· Pauper cum hoc uidisset· intra se cogitabat Mul
tis diebus in ista fouea sine alimento steti· nisi cibum
habuero fame peribo· pergam ad illum lapidem ꝛ lā
bere uolo sicut serpentes fecerunt· Perrexit ad lapidē
incepit lambere· ꝛ inuenit omnem saporem quem cor e
ius desiderabat· ꝛ sic ē refocillatus acsi omnia cibaria
mundi comedisset siue habuisset· Infra paucos dies
factum est tonitruū magnum ꝛ horribile ita q̄ omnes
serpentes vnus post alium exierunt· Cum uero nullus
serpens remaneret in puteo· draco incepit extra foueā
uolare· pauper hoc uidens caudā draconis tenuit· dra
co eum de fouea leuauit ꝛ ad magnam distantiā extra
foueā proiecit· Ille uero per aliquos dies ibidē stetit
ignorans uiam extra nemus Accidit q̄ quidam merca
tores uenerunt ꝛ eum extra nemus ad uiam rectā dux
erunt· Ille uero gauisus est ualde· ad ciuitatē redit· ꝛ
omnibus denunciauit quomodo ei acciderat· Et stati
post hoc uitam finiuit·

Moralizatio·

Karissimi rex iste est pater celestis Pauper ille pōt
dici quilibet homo qui nudus ē egressꝰ de utero

matris sue qui intrat nemus scz mundum istum Unde
sepe cadit in foueam profundam quando cadit i pec
catum mortale. ubi iacet in magno periculo. Quia sub
potestate draconis id est dyaboli. Serpentes qui sunt
cum eo in fouea sunt alia pctã venialia per que hõ in
toxicatur uelut per serpentem. Lapis rotundus in me
dio est xp̄s. unde psal. Lapidem quẽ reprobauerũt e/
dificantes ꝛc. In eo inuenit᷑ omnis sapor ꝛ dulcedo.
Ad illum debemus tempore tribulatiõis recurrere ꝛ cũ
deuota oratione lambere. Tonitruum magnum est cõ/
fessio pura facta cum contritione coram sacerdote. De
quo tonitruo scz confessione omnes serpẽtes id ẽ pec/
cata ꝛ demones. quos ad nos per peccata uocamꝰ ter
rent᷑ ꝛ depellunt᷑. Et draco id est dyabolus expellitur.
Mercatores id ẽ predicatores ꝛ cõfessores qui quoti/
die lucrant᷑ animas. quas dyabolus conat᷑ auferre.
Iste tunc deducit᷑ in viam rectam ciuitatis sancte ihe/
rusalem. Ad quã nos perducat qui sine fine uiuit ꝛc.

De morte xp̄i pro nostra reconciliatione. Ca. cxv.

Vidam imperator erat qui quandam forestã habebat. in qua fuerat quidaz elephas. cui pe nitus nullus appropinquare audebat. Audi/ ens uero hoc rex a philosophis suis ꝛ sapientibus na turam elephantis quesiuit. Illi uero responderũt ꝛ di xerunt ꝙ elephas mundas uirgines multum diligeret. ꝛ earum cantu delectaret᷑. Rex hoc audiens statiz fecit inquiri duas puellas honestas ꝛ pulchras. ꝛ dulciter cantantes. quas in regno suo habebat. Inuente sunt

igit͛ due uirgines satis pulchre ꝛ honeste quas rex fe/
cit denudari ꝛ forestam sic nudas intrare· Una earum
peluim accepit· altera gladium ꝛ intrabant. In introi/
tu inceperunt dulciter cantare· Hoc audiens elephas
uenit ad eas· cepit mamillas eaꝝ lambere· uirgines cō/
tinue cantabant tamdiu quousqꝫ elephas in gremio v
nius uirginis requieuit· alia uirgo uidens elephantem
in gremio alterius virginis dormire· cum gladio eum
occidit ꝛ uirgo in cuius gremio dormiuit peluī de san
guine elephantis repleuit ꝛ sic ad regem perrexerunt·
Rex uero gauisus est ualde· statim fecit fieri purpuraꝫ
ꝛ multa alia de eodem sanguine·

Moralizatio

Karissimi iste imperator est pater celestis· elephas dominus noster ihūs xpus qui ante incarnatio/nem erat satis austerus· Due uirgines fuerunt maria et eua· que ambe erant nude ab omni peccato· Maria scī ficata in utero· eua collocata in paradiso· Eua gladiū portauit id ē pctm̄ quod commisit contra dei precep/ta propter quod xp̄s uerus elephas mortuus est Ma ria peluim id est uteꝝ virgineum͛ in quo conceptus e/rat xp̄s ꝛ eius humanitas formata· Elephas ubera lā bebat id est legem antiquam ꝛ nouam que sunt duo v bera per que lac salutis sugere poterimus Xp̄s utraqꝫ lambebat· id est utranqꝫ legē impleuit cū sanguinē su/um effudit· de cuius sanguine anime nostre facte sunt· purpurate omni honore ꝛ gaudio ut͛ sic si uolumꝰ ui/tam eternam possideamus· Ad quam nos ꝛc·

De dilectione dei quō oēs nos equaliter diligit vsq dum ipsum per pctā nostra despicim9. Ca. cxvi.

Jpinus regnauit qui quandā pulchrā puellā desponsauit. que concepit ꝛ elegantem filium pe perit sed in partu mortua est. Duxit aliam ꝛ ex illa e/ tiam filium genuit. Vtrunq filium ad nutriendum in longinquas partes misit. Isti duo per omnia sibinui cem erant similes. Cum uero per longa tempora morā traherent. mater secundi filii suū filium uidere cupiebat preces regi fundebat ut filium suum uidere posset Rex ei concessit. nuncium pro duobus filiis destinauit. Cū autem filii venissent ita per omnia similes erant licet ta men secundus esset minoris quantitatis ꝛ etatis. quia forte vnius anni nihilominus tamen tantus erat secū dus quantus primus sicut multotiens contingit ꝛ for te vterq patrizabat in facie ꝛ in vna nimietate mētis ꝛ corporis ita ꝙ regina quis eius fili9 esset ignorabat A rege diligenter petiuit quis illorum filius eius esset.

Sed rex ei indicare noluit. Ipsa hoc audiens fle uit amare. Rex cum hoc audisset ꝛ vidisset ait ei. Noli flere ille est filius tuus ꝛ monstrauit sibi filium quem de prima vxore genuerat. Regina hoc audi/ ens gauisa est valde. Statim totam curam dedit fi/ lio isti ad nutriendum ꝛ de alio nihil curabat qui erat eius proprius filius. Rex cum hoc uidisset. dixit ei Quid facitis? Decepi uos. Ille non est filius uester sed vnus istorum est. At illa. Quare sic mecum agis? Indi ca mihi rogo te. Et ille. Nolo ꝛ hec ē cā Si uerū tibi

dixissem vnū scȝ filiū tuū uelles diligere ⁊ alterū odio habere. Et ideo volo ꝙ ambos equaliter diligas ⁊ nutrias ⁊ cum ad etatem legittimam uenerint tunc tibi ueritatem pandam. de qua gaudebit cor tuum. Hoc audiens regina ambos peroptime nutriuit donec ad etatem legittimā peruenerūt. Cū āt quis eēt filius eiꝰ p regem fuerat experta ultra modū fuit gauisa. ⁊ sic in pace uitam finierunt.

Moralizatio.

Karissimi rex iste est dñs noster ihūs xp̄s. Duo filii sunt electi ⁊ reprobi. Mater est sancta ecclesia que est mater ultimi filii. Mater primi filii mortua est scȝ lex antiqua p xp̄i incarnationē. Deꝰ nō vult ꝙ mater ecclesia sciat quis sit electus uel reprobꝰ. Sȝ ut ambos in caritate pfecta nutriat. quia si sciret vnū diligeret ꝗ alterꝫ odiret. ⁊ sic non eēt pax ⁊ cōcordia. Sed in die iudicii cum ad legittimam etatem peruenerint. Tūc apparebit ueritas qui sunt electi uel reprobi. Tūc electis dicet illud Math. xxv. Venite benedicti pris ⁊c. Reprobis āt. Ite maledicti ⁊c.

De obstinatis ac conuerti nō uolentibus ⁊ eorū plaga per diffinitiuam sententiam. Capitulum. cxvii.

Redericus regnauit qui statuit pro lege ꝙ quicūꝗ aliquam virginem vi raperet si aliquis eam d manu raptoris liberare posset eam in vxorem duceret si ei placeret. Accidit casus ꝙ quidam tyrannus quādam uirginem rapuit. ⁊ ad quandam forestam eā duxit ⁊ defflorauit. Illa uero uoce magna clamauit. Miles quidam nobilis genere ⁊ opere a casu per

eandem forestam equitauit ⁊ cum vocem puelle audi/
ret percussit equum ⁊ ad eam peruenit. ⁊ causaȝ clamo
ris ab ea quesiuit. Cui illa. O domine mi propter d
um mihi succurrite ille tyrannus me vi rapuit ⁊ deflo
rauit. ⁊ post hoc me occidere proposuit. Ait raptor.
Domine vxor mea est. ⁊ eam in adulterio inueni. ⁊ ideo
eam occidere proposui. Ait illa. Domine non est ita.
Nunq̃ꝫ vxor alicuius eram nec vnq̃ꝫ polluta nisi ho/
die per ipsum. ideo mihi succurrite. adhuc signa uirgi
nitatis in me manent. Ait miles tyranno. Signa ma/
nifesta uirginitatis in ea uideo ꝙ vi eam rapuisti ac d
florasti. ideo eam de manibus tuis liberabo. Respō/
dit tyrannus. Si uolueris eaȝ liberare pro ea pugna
bo contra te. Statim ambo adinuicem pugnabant ⁊
duros ictus dederunt. ⁊ miles victoriam obtinuit ta
men grauiter vulneratus erat. Obtenta victoria ait
miles puelle. Nunquid tibi placet vt te in vxorem ac
cipiam? Que ait. Hoc summo ⁊ toto corde desidero
⁊ super hoc fidem meam tibi do. Fide data ait miles
puelle. In castro meo per aliquos dies manebis. in/
terim pergam ad parentes meos ⁊ necessaria pro nup
tiis prouidebo. ⁊ tunc ad te redibo. ⁊ cum magna so/
lēnitate te despōsabo q̃ ait. Dñe presto sum volun
tati vestre per omnia obedire. Miles ei valedixit.
Et illa ad castrum perrexit. Dum autem miles ex/
tra suam patriam esset vt necessaria pro nuptiis ordi
naret. tyrannus ad castrum militis accessit. in quo e/
rat puella ⁊ pulsabat. Illa vero introitum ei nega/
uit. Tyrannus incepit multa promittere. ⁊ eam in
uxorem suam honorifice ducere. Illa

uero dictis eius credens eum intromisit ⁊ ambo simul illa nocte dormierunt. Miles autem post mensam re/diit ⁊ ad portam castri pulsauit. Puella ei non respon dit. Ille hoc audiens ⁊ percipiens cū amaritudine cor dis dixit. O bona puella ad memoriā reduc quomo do te saluaui a morte ⁊ super hoc fidem tuam mihi de disti loquere bona puella ⁊ ostende mihi faciem tuam Illa hec audiens quandam fenestram aperuit ⁊ ait. Ecce assum. quid placet propone. Qui ait. Miror de te ꝙ ignoras quid ⁊ quanta feci pro te vulnera diuer sa recepi pro tuo amore. ⁊ si mihi non credis. corpus meum tibi ostendam. His dictis vestimenta depo/suit ⁊ ait. Ecce carissima vulnera diuersa. que recepi pro tua uita. aperi ergo mihi portam ut te in sponsā accipiam. Illa uero faciem suam auertebat ab eo. ⁊ portam noluit aperire. Miles iudici est conquestus ⁊ pro se legem allegauit adiiciens quomodo eam liberas set ⁊ ergo eam in uxorem peteret. Judex hec audiens pro raptore misit. Qui cum uenisset. ait iudex rapto/ri. Nunquid illam mulierem rapuisti. ⁊ ille miles per fortitudinem de manibus tuis liberauit? Ait ille. Etiā domine. Cui iudex. Ergo secundum legem pro sua uo luntate uxor eius est. Quare post hoc de uxore alteri/us te intromisisti. Primo quando castrum eius intra sti ipso ignorante. Secundo lectum alterius violasti Tercio per tantum spacium uxorem eius occupasti. Quid ad hec respondes? Ille obmutuit. Conuersus iudex ad mulierem dixit. O puella iure duplici ux or illius militis es. Primo quia te de manu rapto/ris liberauit. Secundo. quia sibi fidem dedisti.

Quare ergo post hoc portam sui castri alteri quam viro tuo aperuisti · et illum intromisisti? Illa ad hoc nō po/terat respondere · Judex statim sententiam dedit ut am/bo in patibulo suspende[illegible]tur qd̄ et factū ē · Omnes ergo iudicem laudabant q talē sententiā dedit ·

Moralizatio ·

mi imperator iste est deus qui istam legē dedit · Mulier rapta est anima capta · Raptor est dy/abolus qui non tantum per peccatum ipsam de/florat sed etiaz eternaliter vult occidere · Sed ipsa cla/mauit quando petiuit oleum misericordie · dicens illd̄ Luce · xv · Miserere mei fili dauid · quia filia id est con/scientia mea male a demo[illegible] vexatur · Cuius clamorē quidam miles audiuit scz filius dei equitans sup equū humanitatis · Filius dei descendit in forestam istius mundi · et bellum contra dyabolum pro genere huma/no commisit · In quo bello vulnera diuersa recepit. De quibus vulneribus uterqz erat vulneratus scz xp̄s in carne · dyabolus in potestate · Unde ysaie dicitur. Fortis impedit fortem et ambo pariter corruerunt . Xp̄s sponsalia constituit per baptismum in quo ani/ma dat fidem quando dyabolo renunciat et omnibus pompis ei9 et deo adherere promittit · per alias vtutes quas recepit facit castrū ɔtra dyabolū mundū et car/nem · Interim deus celuz ascendit ad preparandū nup/tias pro nobis vt in gloria eterna cum ipso coniunge/remur · secundum illud Johannis · Vado parare locuz Sed quando anima est in castro corporis · tūc raptor id est dyabolus · puellam id est animam aggreditur · quando eam per mundi vanitatem seducit · et ad

eam ingreditur quãdo in pctm̄ ceciderit ⁊ in eo pmanet· ⁊ sic xp̄s expellit· Sed xp̄s reuertens quotidie ad ostiū cordis tui pulsat· ⁊ dicit illud canti· Ego sto ad ostium ⁊ pulso ⁊c· Sed anima in pctis obstinata eũ non cognoscit· ideo xp̄s ostendit sibi vulnera que pro nobis suscepit ut ad eum inclines cor tuum ⁊ fenestrã cordis tui saltẽ aperias. Sed miser hõ quoniã dominum non timet ut eius cor aperiat· contra talem iudex celestis in die iudicii dabit sententiam ut ãbo suspẽdãtur in patibulo infernali·

De fallacia ⁊ dolo· Capitulum ·cxviii·

Miles quidam intrauit egiptum· cogitãs ibi pecuniam suam relinquere interrogauit si aliquis fidelis ibi maneret cui pecuniam suam ad custodiendũ traderet. ⁊ audiuit ꝙ erat quidam senex ad eum accessit· ut mille talenta ei traderet· Deinde ad peregrinandum perrexit· peracto itinere ad eum rediit cui talenta commiserat ⁊ commissa ab eo quesiuit At ille plenus nequitia nunquã eum uidisse asseruit· Miles uero sic deceptꝰ contristatus est ualde singulis diebus ab eo petiit euꝫ blandis sermonibus deprecans ut sibi pecunias redderet· Deceptor increpabat eum ne talia de eo amplius diceret uel etiam ad eum rediret· Ille tristis ab eo recessit habens obuiam quandam uetulam pannis heremitalibus indutam· habensqꝫ in manu baculum ⁊ per viam leuauit lapides ne transeuntes pedes lederent· Que uidens eum flentem ⁊ cognoscens ꝙ extraneus esset commota pietate eum vocauit· ⁊ quid ei accidissꝫ interrogauit· At ille ordinate narrauit· quomodo p illum senem esset deceptus ⁊ defraudatus· At illa·

Amice si uera sunt que mihi dicis. dabo tibi sanum cō filium. At ille. Testis ē mihi deus. uera utiq; sunt. Que ait. Adduc mihi hominem de terra tua cuius dictis et factis fides adhiberi posset. Ille uero adduxit. Cui adducto precepit uetula x. cophinos emere exterius preciosis depictos coloribus. ferroq; ligatos cum se/raturis deargentatis. lapidibus implere iussit. Miles uero fecit sicut mulier iussit. Mulier uidens omnia parata ait. Nunc decem homines perquire qui mecum et cum socio tuo ad domum deceptoris tui uadant ꝛ cophinos deferant. unus post alium uenientes ordine lōgo ꝛ q̄ cito primus intrauit ꝛ nobiscum quiescit ueni audacter ꝛ pete pecuniam. ego uero in deo confido ꝙ pecunia tibi reddet. Que uetula cum socio decepti domum deceptoris uenit ꝛ ait. Domine ille extraneus homo hospitatus est mecum ꝛ uult adire patriam suam. querit prius pecuniam suam que est in decē cophinis alicui homini probo ꝛ fideli commendare donec reuertatur. Precor ergo te ut amore dei ꝛ mei in domo tua custodias. Et quia audiui ꝛ scio te probum ꝛ fidelem nolo aliquem preter te solum pecuniam custodire. Cū sic loqueret. Ecce intrauit primus seruus deferens co/phinum unum. Quod uidens deceptor credidit uerū esse quod uetula dixit. Post hoc intrauit miles ut uetula predixit. Quem uidens deceptor timens si pecuniam peteret. ꝙ alius sibi non crederet ad custodien/dum suas pecunias contra eum uenit adulando dicēs Amice ubi fuisti. ueni ꝛ accipe pecuniā tuā fidei meę iam diu commendatam.

Miles uero letus pecuniam recepit gratias agēs deo. et uetule. Vetula uero hoc uidens surrexit et ait. Dñe ego et homo iste ibimus contra ceteros cophinos et reuerti festinabimus. Tu uero expecta donec redeamus et bñ seruа quod iam adduximus. et sic miles per uetulam pecuniam suā recuperauit.

Moralizatio.

Karissimi miles iste est quilibet xpianus qui ī isto mundo quamdiu uiuit peregrinatur. quia facit omni die dietam ad mortem. Cui decem talenta id est decem precepta domini inordinate per peccatum tradidit cuidam seni. Senex iste est mundus plenus deceptionibus Unde si in rebus mundanis delectamur et mundo confidimus precepta diuina amittimus. et uix cum difficultate acquirere poterimus donec per ueram contritionem confessionem et satisfactionem acquiramus. Vetula ista habitu peregrini induta est consciencia sana que continue amouet lapides id est operatiōes malas de uia cordis tui ne pedes bonarum cogitationum offendantur. Dic mihi quomodo debes recuperare quod per peccatum perdidisti? Certe oportet te adducere de patria tua id est de corde tuo decem homines id ē decem opera penitentie. Ita quod pro quolibet pcepto quod per peccatum uiolasti unum actum misericordie seu penitentie oportet te adimplere. quia secundū btm augustinū. Nullum bonū irremuneratum. et nullum malū impunitum. Item oportet quod habeat cophinum bñ ligatum scilicet contritū cor et uirtutibus bñ insignitum paruis lapillis plenū. Lapides isti in corde ē meditatio uulnerū xpi et memoria passiōis eius. que continue oportet habere

contra dyabolum mundum et carnem · in cuius figura dicitur primo regum · quod dauid cum baculo pastorali · et cum funda et quinque lapidibus golian occidit · Dauid interpretatur manu fortis et signat christum · Funda signat amorem trahentem eum de celo in mundum a mundo in crucem · Quinque lapides sunt quinque vulnera · Golias est dyabolus · Et sic per quinque lapides id est vulnera tandem occiditur · Si ergo istos lapides continue in cophino cordis tui habueris · virtutes per peccatum perditas rehabere poteris · et sic perge cum gaudio ad patriam tuam · i · ad vitam eternam

De omnium viuentium in mundo de beneficiis acceptis est ingratissimus homo · Ca · cxix

Quidam rex senescallum habuit super imperium suum cuius cor ita eleuatum et exaltatum est quod omnes opprimebat · quia ad nutum eius omnia fiebant · Iuxta palacium imperatoris erat quedam foresta animalibus siluestribus plena in qua ordinauit quod fierent diuerse fouee quas foliis cooperiebat ut bestie subito in eas caderent et sic caperentur · Accidit quod senescallus transiret per forestam et eleuatum est cor eius intantum · quod opinabatur quod nullus maior eo esset in imperio · Qui ulterius equitans cecidit in vnam foueam quam exire non potuit · Eadem die in eandem foueam leo cecidit postea symea et tercio serpens · Senescallus se videns circumuolutum istis bestiis · timuit et clamauit · cuius clamorem audiens quidam pauper nomine guido · qui cum asino ducebat ligna de foresta · quibus victum quesiuit venit ad foueam · cui promisit multas diuitias · vt eum extraheret · Guido ait · Carissime

nihil habeo vnde uiuere possim nisi colligo ligna. Si laborem istius diei dimitterem damnum incurrerem. Qui ei promisit bona fide ꝙ ei de diuitiis prouideret. si eum extraheret. Guido hoc audiens ad ciuitatē iuit ⁊ longam cordam secum portauit quam in foueam misit ut senescallus se succingeret. ⁊ sic eum sursum traherꝫ Qua dimissa saltauit leo ante super cordaꝫ ⁊ extractꝰ est. Quo facto applausum ei fecit ⁊ ad siluam cucurrit Deinde iterum cordā misit in foueaꝫ ⁊ ecce symea sup eam saltauit. quā guido sursum traxit ⁊ ad siluam cucurrit. postea iterum cordam descendere permisit ⁊ serpens super eam saltauit. quem guido extraxit applausum ei fecit ⁊ ad siluaꝫ cucurrit. Deinde miles clamauit O carissime benedictus altissimus iam de bestiis suꝫ liberatus. cordam permitte descendere. quod ⁊ factuꝫ ē Miles se succinxit ⁊ guido eū extraxit. Deinde equū extraxerunt. statim senescallus equuꝫ ascendit ⁊ ad palacium regis uenit. Guido uero domum uenit. uxor uidens eum uacuum contristata est ualde. Ille uero processum ei narrauit. ⁊ ꝙ mercedem condignam reciperet de quo vxor gauisa est. Mane uero guido ibat ad castrum mittens ianitorem ad senescalluꝫ. ꝙ ipse ibi esset. qui prima ⁊ secunda uice negauit. ꝙ eum vnq̄ viderit. immo nisi recederet ipsum crudeliter verberaret. quod ⁊ fecit. Qui dum tercia uice reuersus esset. ita crudeliter portarius eum verberauit. ꝙ ipsum semiuiuum reliquit. Quod audiens vxor guidonis venit ⁊ cum asino eum ad domum duxit. ⁊ diu infirmatus est. ⁊ omnia bona sua infirmitate consumpsit. que habuit. Dum autem sanus factus esset. ⁊

vna die𝔷 ligna colligeret · uidit a longe decem asinos
oneratos cum fardellis ⁊ leonem a parte posteriori se
quentem · qui recto tramite uersus guidonem eos dux
it · Guido intime respexit leonem ⁊ statim memoriã ha
buit · ꝙ erat ille leo quem de fouea traxit · Leo cuꝫ ad
eum venisset · cum pede signum ei fecit · ut cum asinis o
neratis domum accederet · quod ⁊ fecit · Guido asinos
secum domuꝫ duxit · ⁊ leo sequebat᷑ quousqꝫ guido ad
domum peruenit · Cum autem asini domum intrassent
leo cum cauda applausum fecit guidoni ⁊ ad siluaꝫ cu
currit · Guido per diuersas ecclesias proclamari fecit si
aliquis asinos amisisset · Et nõ est inuentus vnus qui
confiteret᷑ se aliquem perdidisse · ipse aperiens fardellos
diuitias multas inuenit · de quibus non modicum gau
dens diues effectus est · Cum uero secundo die guido
ad forestam venit ⁊ instrumentum ferreuꝫ ut ligna scĩ
deret non habret respexit superius ⁊ vidit symeã quã
de fouea extraxit · que cum dentibus ⁊ vnguibus tan/
tum frangebat · ꝙ guido sine labore asinum suũ onera
uit · ⁊ domum est reuersus · Tercia uero die guido ad
forestã reuertitur ⁊ cũ sederet ad preparãdũ instrumen
tum vidit serpentem quem de fouea extraxit portantẽ
lapidem in ore suo coloratum triplici colore · Et ex
vna parte erat albus · ex alia niger · ex tercia rubicun/
dus · Os suum aperuit et in gremio eius permisit ca
dere et abcessit · Guido cum lapide ad vnum peritũ
accessit · Qui cum euꝫ vidisset et virtuteꝫ ipsi9 cogno
uisset · libenter centum florenos pro lapide dedisset.
Guido vero virtute lapidis multa bona acquisiuit ·
et in miliciaꝫ est promot9 · Quod intelligẽs imperator

rum ad se venire precepit · et lapidem habere voluit pro pecuniis · aut extra regnum mitti · Ait guido · Domine lapidem vendam sed vnum dico · Si non valorem michi dederitis ad me redibit Qui dedit sibi tricentos florenos et tamen guido in archa sua inuenit · quem imperatori reddidit · Qui admirans dixit · Dic michi vnde lapidem habuisti? Ille uero a principio usque ad finem narrauit · quomodo senescallus in foueam cecidit cum leone symea et serpente · et quod pro mercede vulneratus fuit a senescallo et quid a leone symea et serpente recepit. Hoc audiente imperatore commota sunt omnia viscera eius contra senescallum et ait ei · Quid est quod audio de te? Ille negare non poterat · Cui imperator · O pessime · Magnam ingratitudinem fecisti guidoni · ex quo de periculo mortis te liberauit et hic eum semiuiuum reliquisti · O miser ecce bestie irrationales sicut leo symea et serpens mercedem ei reddiderunt pro bono Tu uero hodie contra bonum malum reddidisti · et ideo omnia que habes et dignitatem tuam guidoni dabis et te hodie in patibulo suspendendum iudico Quod cum audirent satrape imperii · eis placuit iudicium · et guido imperium regebat et vitam in pace finiuit ·

Moralizatio ·

Karissimi iste imperator est deus qui omnia videt

Pauper iste est homo qui nihil ex se habet Job primo capitulo · Nudus egressus sum ex utero matris mee · nudus reuertar illuc · Deus pauperem istum promouit · quando eum dominum paradisi constituit · psal · Omnia subiecisti sub pedibus eius etc · Fouea in quam cecidit · mundus est · qui plenus foueis est · scilicet periculis ·

quia totus mundus in maligno positus est. In isto
mundo cecidit miser homo in multas foueas. genesis
tercio. In sudore vultus tui &c. Leo in eandem foueaȝ
cecidit. scȝ Filius dei quando naturā humanam assum
psit. ⁊ in miseria magna triginta tribus annis uixit.
psal. Cum ipso sum in tribulatione &c. Iste est leo de
quo dicit' Apoc. v. Vicit leo de tribu iuda &c. Deide
symea id est tua consciencia cecidit. que ad modum sy
mee lacerat ea que ei displicet. quia semper contra pec/
catum murmurat. Item serpens cecidit in foueam scili
cet prelatus uel confessor qui cum peccatore debet des/
cendere id est condolere eius pctis. Secunde ad Corin
theos. xi. Quis infirmat' ⁊ ego non infirmor? Itē sicut
guido cum corda extraxit senescalluȝ. sic filius dei cuȝ
corda passiōis sue nos extraxit de fouea miserie ⁊ po
testate dyaboli. Sed miser homo hoc non obstante in
gratus efficitur deo quotiens contra legem dei peccat
Guido erat uerberatus. sic homo quando mortaliter
peccat quātū in eo ē deū iterato crucifigit. Sed leo de9
dedit xpo inqtum homo decem asinos oneratos id ē
oia precepta sub eius potestate antiqua ⁊ noua dispē
sando cum homine. Et si illa precepta fecerimus ad e/
ternas diuitias perueniemus. Guido ligna scindebat.
id ē consciencia tua stimulat perpetrare que per corp9
⁊ animam in die iudicii operari poteris propter que re
quiem eternam obtinebis. quia si contra conscientiam
agas ad gehennam deduceris. Serpens dedit ei lapi
dem triplici colore coloratum. Sic prelatus ⁊ cō/
fessor per informationem sacre scripture poterat lapi/

dem id est cristum obtinere. Ille lapis erat pulcher albus. Sic cristus speciosus forma pre filiis hominū Item niger erat per passionem. Rubicundus per sanguinis effusionem. Qui ergo istum lapidem portat ille habet abundantiam sine defectu. Hec illum lapidē debet vendere a seipso. nisi det tantum precium quantum xpus. scȝ per contritionem confessionem ⁊ satisfactionem. Sed ingrati in patibulo infernali erunt suspēsi. Electi uero vitam eternam obtinebunt. Quod nobis concedat. qui sine fine uiuit ⁊c.

De mulierum subtili deceptione. Capitulum. cxx

Darius regnauit prudens valde. qui tres filios habuit. quos multum dilexit. Cum vero mori deberet totam hereditatem primogenito legauit. Secundo filio dedit omnia que in tēpore suo acquisiuit. Tercio filio scȝ iuniori tria iocalia preciosa dedit. scilicet anulum aureum monile ⁊ pannuȝ preciosum. Anulus illam virtutem habuit. ꝙ qui ipsum ī digito gestabat gratiam omnium habuit. In tantum ꝙ quicquid ab eis peteret obtineret. Monile illam virtutem habuit. ꝙ qui euȝ in pectore portabat. quicquid cor suum desiderabat quod possibile esset obtineret. Pannus illam virtutem habuit. ꝙ quicunqȝ super eum sederet ⁊ intra se cogitaret vbicunqȝ esse vellet. subito ibi esset. Ista tria iocalia dedit filio suo iuniori. ut ad studium pergeret. ⁊ mater ea custodiret. ⁊ tempore oportuno ei daret. Statimqȝ rex spirituȝ suum emisit. qui honorifice est sepultus. Duo

primi filii eius legata occupabāt· Tercius filius anulū a matre recepit ut ad studium pergeret· Cui mater dixit· fili scientiam acquire ⁊ a muliere caueas· ne forte anulum perdas· Jonathas anulum accepit· ad studiū accessit· ⁊ in scientia profecit· Post hoc cito quadam die in platea ei quedā puella occurrebat satis formosa· captus eius amore eam secum duxit· ⁊ ꝯtinuo anulo utebatur· gratiam omnium habuit· ⁊ quicquid ab eis uoluit habere obtinuit· Puella eius concubina mirabat̄· ꝙ tam laute viueret· cum tamen pecuniam non haberet· Rationem quadam vice cum letus esset quesiuit dicens· ꝙ creatura sub celo non eēt quā magis diligeret· ideo sibi dicere deberet· Jlle de malicia non premeditatus sibi dixit uirtutem anuli eē talem ⁊c. At illa cum singulis diebus cum hominibus conuersari soles perdere posses· Jdeo custodiam tibi eum fideliter· Qui tradidit ei anulum· Quem cum retrahere non posset fleuit amare· quia vnde uiuerē non habuit· Qui statim ad reginam matrem suam est reuersus denuncians ei anulum perditum· At illa· Fili mi· tibi predixi. ut a muliere caueres Ecce tibi iam trado monile· quod diligentius custodias· si perdideris honore ⁊ commodo perpetuo carebis. Jonathas monile recepit ⁊ ad idē studium est reuersus· ⁊ ecce concubina eius in porta ciuitatis occurrit· ⁊ cum gaudio eum recepit· Jlle ut prius eam secum habuit· Monili in pectore vtebatur· ⁊ quicquid cogitabat habebat· Et sicut prius conuiuia multa habuit ⁊ laute vixit· Concubina mirabatur· quia nec aurum nec argentum videbat·

Cogitabat ꝙ aliud iocale approbatum esset quod sa/
gaciter ab eo indagauit. Qui ei monile ostēdit ⁊ uirtu
tem eius dixit. Que ait semper monile tecum portas
vna hora tantum cogitare posses quod per annū suf
ficeret tibi. ideo trade mihi ad custodiendum. At ille
Timeo ꝙ sicut anulum perdidisti sic perdes monile
Et sic damnum maximum incurrerem. Que ait. O dn̄e
iam per anulum scientiam acquisiui uade tibi fideliter
promitto ꝙ sic custodiam monile ꝙ nullus posset a
me auferre. Ille credens dictis eius monile ei tradidit
Postq̄ omnia consumpta fuissent monile petiit. il/
la sicut prius iurauit ꝙ furtiue ablatum esset. Quod
audiens ionathas fleuit amare et ait. Domine sensum
perdidi. ꝙ post anulum perditum monile tibi tradidi
perrexit ad matrem ⁊ ei totum processum nunciauit.
Illa non modicum dolens dixit. O fili carissime qua
re spem posuisti in muliere. iam altera uice deceptꝰ es
per eam. ⁊ ab omnibus ut stultus reputaris. ammō sa
pientiam addiscas. quia nihil habeo tibi nisi pannum
preciosum quem pater tuus tibi dedit. Et si illum per/
dideris ad me amplius redire nō ualeas. Ille pannum
recepit. ⁊ ad studium perrexit. ⁊ concubina eius ut pri/
us eum gaudenter recepit. Qui expandens pannum
dixit. Carissima istum pannum dedit mihi pater me
us ⁊ ambo posuerunt se supra pannum. Jonathas
intra se cogitabat. utinam essemus in tātam distantiā
ubi nullꝰ hominū uenit Et sic fcm̄ ē. fuerit ei i fine mū
di i una foresta q̄ mltū distabat ab hōibꝰ. illa tristis et

ionatas votum uouit deo celi ꝙ dimitteret eam bestiis ad deuorandum donec redderet anulum ⁊ monile. que promisit facere si posset. ⁊ ad petitionem concubine ionatas uirtutem panni dixit. scꝫ quicunqꝫ super eo quiesceret ⁊ cogitaret ubi eē uellet. ibi statim esset. Deinde ipsa se supra pannum posuit ⁊ caput eius in gremio suo collocauit. ⁊ cum dormire cepisset. ipsa partē panni supra quam sedebat ad se traxit. At illa cogitabat. Utinam essem in loco ubi mane fui. quod factuꝫ est. ⁊ ionatas dormiens in foresta mansit. Cum autēꝫ de somno surrexisset ⁊ pannum ablatum cum concubina uidisset fleuit amarissime. nec sciuit ad quem locum pergere deberet. Surrexit ⁊ signo crucis se muniens p quandam uiam ambulauit per quam ad aquam profundam venit per quam transire oportebat. que taꝫ amara ⁊ feruida fuit ꝙ carnes pedum usqꝫ ad nuda ossa separauit. Ille uero de hoc contristatus vas impleuit ⁊ secum portauit ⁊ ulterius veniens cepit esurire uidens quandam arborem de fructu eius comedit ⁊ statim factus est leprosus. De fructu illo etiam collegit ⁊ secum portauit. Tunc veniens ad aliam aquam. p quam transiuit. que carnes pedum restaurabat vas de ea impleuit ⁊ secum portauit. ⁊ ulterius procedens cepit esurire. videns quandam arboreꝫ. de illius fructu cepit ⁊ comedit. Et sicut per primum fructum infectus erat. sic per secundum fructum a lepra est mundatus. De illo fructu etiam attulit ⁊ secum portauit. Duꝫ uero ulterius ambularet. vidit quoddam castruꝫ ⁊ duo homines ei obuiabant querentes quis esset. At ille.

Medicus peritus sum. Qui dixerunt. Rex istius regni manet in isto castro ⁊ est homo leprosus. Se cum a le/pra curare posses multas diuitias tibi daret. At ille Etiam. Qui cum adduxissent ipsum ad regem dedit ei de secundo fructu et curatus est a lepra. ⁊ de secunda aqua ad bibendū. que carnes eius restaurabat. Rex er/go multa donaria ei contulit. Jonatas igit᷑ postea in uenit nauem de ciuitate sua ⁊ illuc trāsfretauit. Rumor per totam ciuitatem exiuit. ꝙ magnus medicus adue/nisset ⁊ concubina sua que abstulerat ei iocalia ad mor tem infirmata est mittens pro medico isto. ionatas ig notus est ab omnibus. Sed ipē eā cognoscēs dixit ei. ꝙ medicina sua non ualeret ei nisi prius ꝯfiteret᷑ ōnia peccata sua ⁊ si aliquem defraudasset ꝙ redderet. Jl/la uero alta uoce confitebat᷑ quomodo ionatam dece pisset de anulo monili ⁊ panno. ⁊ quomodo eum ī lo co deserto reliquisset bestiis ad deuorandum. Jlle hec audiens ait. Dic domina ubi sunt ista tria iocalia? At illa. Jn archa mea ⁊ dedit ei claués arche ⁊ inuenit ea. Jonatas ei de fructu illius arboris a qua lepram rece pit ad comedenduꝫ dedit. ⁊ de aqua prima que carnē de ossibus separauit ad bibendum ei tribuit. ⁊ cum gu stasset ⁊ bibisset statim est arefacta ⁊ dolores īteriores sentiens lacrimabiliter clamauit. Jonatas cum iocali/bus suis ad matrem suam perrexit. de cuius aduentu totus populus gaudebat. Jlle uero matri a principio usqꝫ ad finem narrauit quomodo deus eum a multis malis periculis liberauit ⁊ per aliquos ānos uixit ⁊ vi tam in pace finiuit.

Moralizatio·

Karissimi rex iste est dominus noster ihūs xp̄s· regina mater ecclesia· tres filii homines in mundo uiuentes· Per primum intelligo diuites ꝛ mundi potētes quib9 deus dat mundū ad uoluntatem. Per secundum mundi sapientes qui per sapientiam mundanam quicquid habent acquirunt· Per tercium filium bonū xp̄ianum ab eterno electuʒ· cui dedit deus tria iocalia scʒ anulum fidei· monile sue gratie siue spei· ꝛ pannū caritatis· Unde quicunqꝫ anulum fidei portauerit· grām dei ꝛ hominis ꝛ amorem habere poterit intantum· qꝫ quicquid desiderat obtinebit· sicut scribit apostolus· Si habueritis fidem ut granum synapis poteritis dicere huic monti transi ꝛ transiet· Si vero ī pectore hoc est in corde monile spei habueris cogita quod uolueris ꝛ quod iustum est obtinebis· Unde euangelista dicit. Petite ꝛ accipietis· querite ꝛ inuenietis Et ad Corī· Spe salui facti sumus· Si uero pannum caritatis habueritis ubicunqꝫ esse volueritis obtinebitis· aposto· ad Corin· primo· Caritas non que sua sunt querit· sed que ihū xp̄i· Et prime Jo· primo Deus caritas ē· Sed ista tria iocalia sepius perdit homo in studio isti9 mūdi per concubinaʒ suam id est carnem scʒ p carnalē cōcupiscentiam. Quia caro spiritui aduersatur· Concubina traxit pannum a ionata ipso dormiente. Sic caro sepius caritatem ab hoīe trahit per peccatū mortale ꝛ eum in peccatis dormientem dimittit hoīeʒ ab ōni grā ꝛ adiutorio dei qꝫ diu in peccato iacet· Jonatas excitatus a somno fleuit amarissime· Sic tu postqꝫ excitatus fueris a somno peccati ꝛ te iueneris sine gratia·

ꝛ virtutibus merito flere poteris. Quid ergo est faciē/
dum. Surge uelociter per opera misericordie ꝛ signa te
signaculo sancte crucis in pectore ꝛ inuenias uiam sa/
lutis. perge quousqꝫ ueneris ad aquā. per quam caro
separat᷑ ab ossibus. Aqua illa est contritio que taꝫ a
mara debet esse. qꝛ debes separare carnem id est carna/
les delectationes ab ossibus id est peccatis. in quibꝫ
deum offendisti. ꝛ uas cordis tui de hac aqua debes
implere ꝛ q̄diu in hoc mortali corpore fueris contri/
tionem in corde habeas. Deinde ulterius debes proce/
dere ꝛ fructum arboris comedere. Ille fructus est peni
tentia per quam anima sustentatur ꝛ corpus denigrat᷑
sepius ad modum leprosi. Illum fructum debes colli/
gere ꝛ semper tecum portare. Cum ulterius processisset
uenit ad secundam aquam per quam caro erat restau/
rata. Aqua ista est confessio que restaurat uirtutes per
ditas. Cum uero ulterius pergeret de fructu secunde ar
boris comedit ꝛ curatus est. Fructus ille est fructꝫ pe
nitentie scꝫ orationis ieiunii ꝛ elemosine. De istis fluui
is ꝛ fructibus debes semper portare tecum. ut si a casu
aliquem regem leprosum inueneris/ipsum cures. Rex
iste potest dici homo per peccatum infectus. qui per
fructum confessionis ꝛ aquam contritionis curari po
terit. Duo qui sibi in uia occurrerunt ꝛ ad curandū
regem duxerunt. sunt timor dei ꝛ gehenne propter que
homo declinat a malo ꝛ facit bonum. Naues que Jo
natam duxerunt ad patriam sunt diuina precepta que
nos ducunt ad gaudia eterna. Sed oportet nos pri
us uidere concubinam scꝫ carnē spūi ↄtrariam ꝛ si eaꝫ
in lecto carnalis concupiscentie inuenies. da ei de fructu

penitentie cum aqua contritionis per que duo intumescat. hoc est eleuet per bonam deuotionem ad recipiendum iugū penitentie. ꝛ sic tu poteris spiritum deo reddere ꝛ cum iocalibus id est bonis uirtutibus ad patriā regni celestis peruenire. Ad quā ꝛc.

De gloria mūdi ꝛ luxuria que multos decipit ꝛ ad interitum deducit. Ca cxxi

Olim erat quidam rex qui habuit duos milites i una ciuitate. unus erat senex. alter iuuenis. Senex erat diues ꝛ pulchram puellā propter eius pulchritudinem in uxorem duxit. Juuenis miles erat paup. ꝛ quandam uetulam locupletem propter diuitias accepit. quam miles non multum dilexit. Accidit semel ꝙ miles iuuenis per castrum senis militis ambularet ꝛ uxor senis militis in quadam fenestra in solacio sedebat ꝛ dulciter cantabat. Juuenis miles cum eam uidisset captus est in amore eius. Et in animo cogitabat. Melior esset combinatio inter me ꝛ illam iuuenculam ꝙ inter ipsam ꝛ uirum suum qui est homo senex ꝛ impotens. ꝛ ꝙ uxor mea esset uxor eius. Et ab illo die incepit eam diligere ꝛ clinodia dare. Domina uero etiā miro modo eum dilexit ꝛ quando potuit ad eum accessit ꝛ omnibus uiribus nitebatur si possibile esset i uirum accipere post mortem uiri sui. Erat autem ante fenestram castri senis militis arbor fici in qua omni nocte philomena residebat que dulciter cantabat. propter cuius cantum domina singulis noctibus surrexit. ꝛ ad fenestram perrexit ꝛ per magnum spacium ibidem expectabat. ut canticum philomene audiret. Cum hoc percepisset uir eius. ꝙ singulis noctibus

surgeret ait ei. carissima qua de causa de lecto singulis noctibus surgis? Que respondit quod super arborem fici omni nocte resideret philomena que tam dulciter cātat quod oportet me surgere et eam audire. Miles hoc audiens de mane surrexit et cum arcu et sagitta ad arborem fici perrexit. philomenā occidit et cor extraxit et vxori presentauit. domina uero videns cor philomene fleuit amare dicens. O bona philomena fecisti qđ debuisti ego sum causa mortis tue statim nuncium ad iuuenē militē misit nunciādo ei crudelitatē mariti eo quod philomenā interfecisset. Milite hoc audiente cōmota sunt omnia viscera eius et ait in corde suo. O si constaret isti crudeli quātus est amor inter me et suā vxorē peius me tractaret. Armauit se duplici armatura et castrū intrauit et senē militē occidit. Post hoc cito moritur vxor sua et cum magno gaudio vxorem senis militis occisi in matrimonium duxit et ambo longo tempore vixerunt et ī pace vitam finierunt.

Moralizatio.

Karissimi per istos duos milites intelligere debemus moysen prophetam et dominum nostrū ihesum xpm. Xpus erat senex qui iuuenculam ab eterno desponsauit scilicet legem nouam. Moyses erat iuuenis. quia in tempore factus qui legem antiquam desponsauit. Arbor in qua philomena cantauit ē crux ī q̄ xps pependit. pholomena est eius humanitas que dulciter cantabat. quando patrem celestem pro genere humāo rogauit. Sed iudei nō poterāt pati quod dn̄a surgeret de lecto id est quod tot surgerent de lecto pctī et xpm insequebant. ideo eius humanitatem occiderunt et cor eius id ē

amorem quem erga nos habet· cuilibet xpiano ondit ut a peccato quiescat· ꝛ deo fideliter seruiat· Moyses uero armauit se duplici armatura ꝛ leonem occidit· id est armauit se ceremoniis ꝛ circūcisione ꝛ nō tantū pec cata eius· sed omnium fidelium a primo parente usqꝫ ad aduentum xp̄i ipsum occiderunt· sicut est scriptum Ip̄e pc̄tā nrā in corpore suo tulit Quid sequit᷑ postea Certe moyses id est quilibet fidelis qui desiderat ianu am regni celestis intrare· oportet ut legem desponset· Juxta illud mathei· Qui crediderit ꝛ baptizatus fue/ rit ꝛc

De adulteris mulierib9 ꝛ excecatiōe quorūdā prela toꝝ· Ca·cxxii·

Iles quidam perrexit vt vineam suam uindemi/ aret· vxor autem eius putans ipsum diutius mo raturum amasium habuit pro quo misit ut cito venirꝫ Qui venit. cameram intrauit ꝛ cum ambo in stratu es/ sent venit miles scilicet maritus ramo uinee in oculo ꝑ cussus ostium percutit/ ꝛ illa tremebunda aperuit· pri/ us tamen amasium abscondit· Miles ergo intrans o/ culum doluit ꝛ lectum ut quiesceret parari iussit. Tunc uxor timens· ne amasium in camera latitantem uidere posset marito ait· Quid festinas ad lectum. Dic mihi quid accidit? Illo uero referente ipsa respondit Dimit te me inquit domine ut sanum oculum arte medicinali confirmē ne illo forsitan morbo alteriꝫ similiter amit tas· Quod illo sustinente os suum illa quasi pro medi cina super mariti oculum sanuꝫ apposuit· ꝛ manu ama sio innuente ille recessit· Quo facto dixit uxor mari/ to· Modo secura sum· ꝙ nullum malum oculo sano

eueniet. Jam lectum ascende et quiesce.

Moralizatio.

Karissimi miles iste est prelatus ecclesie qui habet sanctam ecclesiam custodire et oues sibi traditas regere. Uxor adulterata est anima que sepius per peccatum dyabolo adheret Miles percutitur oculo quotiens platus muneribus excecatur. Quia scriptum est. Eccle. ix. Munera excecant oculos iudicum. Sic quod necesse habeat cameram bone uite intrare. et omnem auariciam et cupiditatem a se excutere per penitentiam tunc audacter debet ostium cordis sui percutere. tunc uxor id est anima aperit ut gloriam dei reciperet. Sed heu sepe per carnales affectiones et mundi blandicias oculum sanum scilicet cordis cum quo deberemus deum contemplari. offuscant per mundi uanitates et carnis uoluptates. in tantum quod periculum suipsius et subditorum non possint aduertere et per penitentiam emendare. Studeat ergo vnusquisque sic oculos mentis ad deum dirigere. ut possit omne uelamen peccati expellere.

Quod iuuencule per parentes sunt a luxuriosis cohercende et uoluntati proprie non relinquende. Ca. cxxiii.

Miles quidam erat qui peregre proficiscens omisit uxorem suam socrui sue seruandam. i. matri uxoris sue Uxor autem post recessum mariti quendam iuuenem amauit quod matri indicauit Illa uero stati sibi fauens iuuenem accersiuit. quibus epulantibus miles adueniens ostium pulsauit. Statim uxor surgens amasium in lecto abscondit et post hoc marito ostium aperuit. Qui cum intrauit precepit ut lectus pararet. lassus namque quiescere uoluit. vxor ho

turbata quid faceret cogitauit. Quod uidens mater ait. Ne festines filia lectum parare donec monstrem⁹ marito tuo lintheum quod fecimus. Mater erigens lintheum q̃tum potuit per unum cornu alteruȝ filie ad subleuandum dedit. Et tamdiu lintheum extenderunt donec amasius est egressus. ⁊ sic maritus delusus est p extensioneȝ. Quo facto ait mater filie sue. Nunc extende lintheum super lectum mariti tui qđ manibus tuis ⁊ meis contextum est.

Moralizatio

m̃i miles iste est quilibet homo qui post baptismum pergit tanq̃ peregrinus in mundo isto. Quia q̃diu hic sumus pegrini sumus ps. Ego peregrinus sum et filius matris mee. Sed in illa peregrinatione uxor scȝ caro sepius adulteratur cuȝ uiciis ⁊ concupiscenciis. Miles ad ostium pulsat quotiens recordat' quid ⁊ q̃tum contra deum deliquit ⁊ ideo tenetur pulsare id ē orare ieiunare ⁊ cetera opera bona facere ⁊ sic poterit cameram bone uite intrare ⁊ in preceptis diuinis quiescere. Sed uxor id est caro sepe hoc percipiēs q homo penitenciam proponit facere turbatur quia non sustinet libenter penitenciaȝ. statiȝ mater id est mūdus hoc percipiens erigit' lintheamen id est mundi uanitatem in quibus tm̄ homo delectatur q periculū ꝓprium non aduertit quod est dolendum.

Q mulieribus non est credendum neq; archana cō mittendū. qm̄ tēpore iracūdie non celāt Ca. cxxiiii.

Uidā miles generos⁹ quendā regē a quo' feuda/ t⁹ erat grauiter offenderat misit ad eum milites ut ꝓ eo intercederēt. uix enī ei⁹ amiciciā sub hoc pacto

obtinuerūt scꝫ ꝙ ad curiam eius pedester ⁊ equester pa
riter veniret id est semiequitans ⁊ semiambulans · Et
ꝙ duceret secum amicum fidelissimum ⁊ ioculatorē op
timum ⁊ inimicum perfidissimum. Miles multum cō/
tristatus cogitare cepit · quomodo hoc posset implere
Quadam uero nocte cum peregrinum quendam hos/
pitio recepisset clam dixit uxori sue · Scio ꝙ peregrini
promptā pecuniā secū portāt Volo ergo si tu suaseris
eum interficere ⁊ pecuniā eius obtinebimus · At illa bo
num est consilium · Cunctis ergo dormientibus circa
diluculum surgit miles · excitans peregrinum ⁊ abire iu
bet ⁊ vnum de suis uitulis in frusta scidit · ponens euꝫ.
in sacco · Deinde uxorem suam excitauit dans sibi sac/
cum vt in angulo domus absconderet dicens. Tantū
caput ⁊ crura cum brachiis in hoc sacco posui corpus
autem in nostro stabulo sepeliui · His dictis aliquātu
laꝫ pecuniā sibi ostendebat acsi illā peregrino mortuo
abstulisset · Cum autem dies adesset ut domino suo se
presentaret accipiens a dextris canem ⁊ paruum filiuꝫ
suum in gremio · ⁊ uxorem a sinistris ad castrum prex
it · Cum castro domini sui appropinquarꝫ dextrū crus
super dorsum canis sui uelut equitans posuit · per alte
rum gradiendo sicqꝫ pedester ⁊ equester castruꝫ domi
ni sui intrauit · Quo viso rex cum astantibus miraba/
tur · Ait ei rex. Vbi est amicus tuus fidelissimus ·
Qui statim euaginans gladium suum canem grauiter
vulnerauit · qui cum clamore ⁊ dolore fugit · Dein/
de miles eum reuocauit · ⁊ canis ad eum uenit · Ecce fi/
delissimum amicum meum · Cui rex. Verum dicis ubi
est ioculator tuus ? Cui miles · Ecce paruulus

Filius meus cum ante me ludit magnum solaciu; mihi facit. Ait rex ubi est magnus amicus tuus? Qui stati; dedit alapam uxori sue dicens Quare tu tam impudi ce respicis dominum meum regem? Illa statim respon dit. O maledicte homicida quare me percutis. Nonne in domo tua propria lamentabile homicidium perpe trasti et pro modica pecunia peregrinu; occidisti? Ite rum miles dedit ei alapam dicens. O maledicta cur fi lium tuum depingere non formidas. Que statim iracu da tota facta est et dixit. uenite ostendam uobis saccu in quo occisi peregrini caput et brachia posuit. et stabu lum in quo eius corpus sepeliuit. Cum uenissent ut ex perirent et locum eius uxor ostenderet cito effodientes uisis carnibus uitulinis obstupuerunt. Astuciam militis cognoscentes dignis laudibus eum extulerunt. Qui po stea dño suo regi specialis dilectōis uinculo ē ānexus

Moralizatio

Karissimi miles iste qui sui regis gratia; perdidit est peccator. qui ad obtinendam gratiam domi ni sui. premittit intercessores deo sc; dilectos homies quasi consanguineos et amicos. Ut autem domino suo satisfaciat. pedester ueniat et equester. pedester id ē terrena et temporalia quasi despectibilia conculcando Equester uero toto cordis desiderio celestia contēplan do. Sed canem quoq; a dexteris pro amico fidelis simo secum ducat. id est angelum suum bonum uel pres biterum. qui animam suam habet custodire. qui lic; se pius gladio suorum criminum uulneret et offendat. re currit tamen fideliter ut eius amicus. qui sua secreta

tenebit. Joculator id est puer paruus in gremio e͂ ꝯ scientia que si bene regulatur multum delectatur uxo/rem vero a sinistris pro iimico perfidissimo ducat idē carnis molliciem vel demonum qui sua secreta coram familia pricipis et amicis. id est coram cunctis āgelis atq; sanctis imminente mortis hora in perditione; sui detegit et reuelat. Tunc merito laudabit᷑ miles sapi/ens et discretus q predictas fallacias sic fefellit occul/te uitulum mactando et in secreto domus in angulo subterrando nec occulte homicidium perpetrando. id est corpus proprium in cubiculo flagellādo aut secre/ta pectoris conscientia lacrimis intense imitando. nec tamen homicidium perpetrando. modum debitu; nō excedendo. sed ieiuniis ⁊ orationibus ⁊ aliis bonis o peribus sapienter in oībus insistendo per que tandem domini sui grām quā perdiderat rehabebit.

Mulieres nō solū pandūt secreta s; adbuc mentiūt᷑ plura. Ca cxxv.

Erant duo fratres quoꝝ un⁹ laicus ⁊ alter cleric⁹ Laicus sepe audierat a fratre suo ꝙ mulieres se/cretum alicuius non potuerunt occultare Cogitabat ex periri hoc cum uxore sibi dilecta. cui dixit vna nocte. Carissima secretum habeo tibi pandere si certus essem ꝙ nulli diceres. quia si contrarium faceres confusio in tolerabilis mihi esset. At illa. Domine noli timere. v num corpus sumus. bonum tuum est meum ⁊ econuer so. ⁊ etiam malum similiter. Cui ait. Cum ad priua ta accessissem. ut opus nature facere; coruus nigerrim⁹ a parte posteriori euolabat de quo sum contristatus. que ait. letus esse debes ꝙ a tanta passione es liberat⁹

Mane uero mulier surrexit ad domū proximi sui iuit
⁊ domine domus dixit. O carissima domina potero
tibi pandere aliqua secreta Que ait. Ita secure sicut aī
me tue. Que dixit. Mirabilis cas⁹ accidit marito meo.
nocte ista accessit ad priuata. ut opus nature faceret ⁊
ecce duo corui nigerrimi a parte posteriori euolabant.
quo multum doleo. Et illa ad aliam vicinā narrauit
de tribus. Et tercia de quatuor. Et sic ultra ꝙ ille dif
famatus est. ꝙ. lx. corui de eo euolassent Ille turbatus
de rumore conuocauit populum cui narrauit rē gestā.
quō mulierem uoluit experiri si sciret secretum tenere.
Post hoc morit̄ uxor eius ⁊ ille cenobiuȝ intrauit. lit
teras didicit scȝ tres. prima nigra erat. secunda rubea.
tercia candida.

Moralizatio.

Karissimi ille qui mulierum maliciā probauit pōt
dici hō mundan⁹ qui conamine toto. laborat ut
bona mundana acquirat ⁊ cum sepe credit sine offensi
one euadere cadit in mille. vt qui cadit in superbiā ca
dit in multos alios defectus contra saluteȝ anime sue
⁊ hoc est coruū nigruȝ a parte posteriori exire. i. pecca
tum in effectu. ⁊ sic homo diffamat̄. ⁊ non tantuȝ per
uxorem propriam scȝ carnem. sȝ per vicinas alias scȝ
per quinqȝ sensus Fac ergo tu sicut ⁊ ille. collige popu
lum id est omnia preterita ⁊ presencia facta tua. ⁊ pur
ga te per uiam ꝯfessionis ⁊ tunc poteris cenobium bo
ne uite intrare. ⁊ in tribus litteris studere per quod stu
dium acquiris brauiū eternū prima littera ē nigra ⁊ ē
recordatio pctōꝝ que tāqȝ nigra ⁊ grauis sarcina tor
quent ⁊ cruciāt quotidie pect⁹ tuū sine recordatiōe pe

ne infernalis. Secūda lrā est rubea ꝛ est recordatio ro/
sei sanguinis tui creatoris quē in cruce ꝓ te misero pec
catore de quinqꝫ riuulis sui corporis fusum misericordi
ter ꝛ abundanter tribuit. Tercia littera ē candida ꝛ est
desiderium celestiū gaudioꝝ. ꝛ ꝯsortu eoꝝ qui sequun
tur agnū dei ī albis quocūqꝫ ierit. Si ista tria ī corde
nobiscum firmiter habuerimus sine dubio regnum eter
num obtinebimus Ad quod nos perducat qui sine ꝛc.

Quod mulieribus ī nullo est credendū ꝛ ꝓsertim de se
cretis celandis exemplū iocale. Capitulum. cxxvi.

Refert macrobius ꝙ quidam puer romanus no/
mine papirus semel cum patre senatum sapientū
intrauit. ubi quoddam secretum consilium preceptuꝫ
erat sub pena capitis custodiri. Cum puer esset reuersꝰ
ad domum. mater eius interrogauit puerum quid cō
sules occultari sub pena capitis statuissent. Ait puer.
Non licet precipitᷣ occultari. Audiens hoc mater plus
incepit precibus promissis minis ꝛ verberibus pueruꝫ
ad reuelandum secretum inclinare. Tandem puer vt sa
tisfaceret matri ꝛ secretum teneret dixit. Hoc est consili
um. vtrum sit melius ꝙ vnus vir ducat plures mulie/
res. uel vna mulier ducat plures viros in matrimoniū
Quo dicto mater aliis feminis romanis secretum hoc
proposuit. que altera die cum turma magna indelibe/
rate venerunt ad senatores petentes potius vnam duo
bus ꝙ̄ duas feminas vno viro nubere. Senatores ve
ro pauentes verecundi sexus tam impudicam infamiā
mirabātᷣ quidnā sibi uellet tāta feiaꝝ itēperies ut pra/
ue rei prodigiū ꝛ tā verecunda postulatio q̄d sonaret

Puer papirus hoc uidens dixit senatoribus rē gestā; qui puerū commendantes statuerūt q̄ hic puer semp senatui interesset in consilio.

Moralizatio.

Karissimi puer iste est quilibet homo purus a puritate uite qui cū patre id ē prelato intrat cōsiliū sapientum .i. religiosoꝝ in quo tractat' salus 7 sapientia anime/ que non ōnibus exponenda sed sicut decet unūquēq; secūdum statum suū 7 penitentiam quam a proprio sacerdote nō debet aliis reuelare 7 multa alia sunt que non debent recitari. Mater uero est mundus iste qui suadet homini religionem dimittere secreta pādere hoc est in corde non retinere. sed potius uanitatibus se subicere. 7 si non poterit sic hominem seducere/ tunc per minas id est per tribulationes paupertates et alia intendit seducere. Fac ergo tu sicut fecit puer papirus. mundum decipias per uoluntariam paupertatem 7 ostēdas ei q̄ due femine id est diuersa uicia carnales delectationes potius debent tradi sub custodia rationis. q̄3 q̄ ratio suppeditet' sub uoluntate 7 delectatione momentanea. Sed sine dubio q̄3diu ē i corpore positiuis uult eligere q̄ ratio suppeditet'. sed nullo mō assentire debes sed econuerso potius. Et sic per ɔsequēs puer papirus id est homo purus poteris permanere inter sapientes 7 uirtutes bonas habere id est iter uiros sanctos siue sanctas ɔtinue poterit uerba salutis audire 7 uitam eternam obtinere. Quam 7c.

De iusticia 7 equitate disertissimi iudicis xp̄i per

occulta iudicia.

Capitulum·cxxvii·

Rex quidam tyrannus erat qui per multa tēpora quendam famulum fidelem tenuit ac in omnibus prouidum. Quadam uero die cum ad nundinas cum eodem seruo per nemus transiret. accidit· ut miles triginta marcas argenti in medio nemoris perderet famulo ignorante·Cum uero pecuniam non inueniret famulum interrogauit si pecuniam inuenisset. qui statim negauit et iurare cepit·quod nihil sciret et uerū dixit· Qua non inuenta· statim pedem famuli amputauit et eo relicto domum perrexit·Erat prope uiam heremita qui cū fletum et clamorem famuli audiret uelociter occurrit. Audiuitque confessionem ipsius et dum cognosceret eū innocentem ad hospitium suum ipsū in suis humeris portando misericorditer curauit·Deinde oratoriū suum intrauit et domino improperauit quod non esset iustus iudex·eo quod illum innocentem hominem pedē suū perdere permisisset·Cumque diutius orasset et fleuisset et domino quasi pro falso iudicio quodāmodo improperasset·uenit ad eum angelus dicens· Nunquid legisti ī psalmo·Deus iudex iustus fortis et patiēs. At ille· mihi totiens legi illud et credidi ex toto corde·sed hodie errauí·aut ille miser qui pedem suum perdidit sub velamine confessionis decepit me·Respondit angelus· Noli loqui aduersus dominum iniquitatem Quia omnes uie eius ueritas et iudicia eius equitas·Cōmenda memorie quod sepius legisti· Iudicia dei abissus multa· Scias itaque illum hominem pedem suū pro culpa ueteri perdidisse·Nā añ multa tpa cum eodem pede matrē suā

precipitauit maliuole de quadam biga. Pro quo fac/to postea nunquam odignam penitentiam egit. Miles ille dominus suus uolebat dextrarium emere ad congregandum maiores diuitias in detrimentum anime sue. Et ideo iusto dei iudicio perdidit pecuniam. Quidam pauper fidelis cum uxore et paruulis suis quotidie domino supplicabat ut dignaretur sibi in necessariis prouidere. qui pecuniam inuenit. et confessori suo obtulit dispenden/dam. Qui circumquaque suscitando ueraciter illum inuenire non potuit cuius erat. Ergo eidem pauperi partem eiusdem pecunie tribuit propter deum residuam aliis pauperi/bus erogauit. Pone ergo custodiam ori tuo. ne domino aliquatenus improperes ut fecisti. cum ipse sit iudex uerus fortis et patiens.

Moralizatio.

Karissimi iste miles potest dici quilibet bonus prelatus. qui debet indui armatura dei ut possit stare firmiter contra insidias dyaboli. Famulus fidelis est subditus in omnibus prelato suo obediens. Prelatus ille habet thesaurum scilicet animas ad custodien/dum quas sepe ex negligentia sua perdidit Quid ergo est faciendum? Certe debet diligenter quamdiu est in vita inquirere salutem anime. Et si inuenire non poterit. amputet pedem dextrum subditi. Hoc est talem rebellem castigare debet. et eum ab ecclesia amputare donec cognoscat se deliquisse. Sed dic mihi quomodo? Ecce famulus postquam amisit pedem incepit clamare. Sic peccator per confessionem clamat ut dicit propheta. Clama ne cesses quasi tuba exalta uocem tuam etc. Ad cuius clamorem heremita. id est discretus confessor. habet eum portare

in humeris suis hoc est eum informando. predicando penitentiam dando · ꝛ in domum ecclesie introducēdo per opera misericordie · ꝛ habet pro eo intercedere ad dominum non ei improperando · sed deum intime de/precando · ut talem conuersum conseruet ꝛ custodiat. Qui aliquādo cum pede id est affectione peruersa ma trē suā id ē ecclesiā precipitauit quātum in eo fuit quā do diuina precepta non custodiuit. angelus qui here/mitam informauit est consciencia pura nō ficta cuius libet prelati ꝛ confessoris q eos ligat ꝛ ducit ut ad cla morem peccatoris cito ei occurrant ꝛ in domum dei ci to introducant. Pauper qui pecuniam inuenit est xp̄s qui animam sepe custodit · ne labat in infernum donec peccator per penitentiam resurgat ꝛ sic animam mun/dam a xp̄o recipiat · quia sine eo nullum bonum opus possumus facere · Pone ergo tu peccator custodiā ori tuo · ne aliquid ꝯtra deum dicere p̄sumas · Deus enī ē iu stus iudex ꝛ fortis ꝛ patiens · ideo non dicas quare fe cit me ꝛ post hoc dimisit me cadere · Vel alio mō pōt reduci. Iste miles pōtest dici primus parens adam cui deus dedit infinita bona · quia eum constituit dominū omnium creaturarum · psal. Omnia subiecisti sub pedi bus eius ꝛc. Famulus fidelis est racio que in eo do/minatur q̄diu in puritate uite remanserit thesaurū pa radisi quem deus ei commisit pro se ꝛ heredibus habꝫ Sed adam volens plura acquirere quando appetebat q̄ alter deus esset. statim thesaurum paradisi perdidit ꝛ tunc pedem dexterum famuli amputauit · quia seduc tus per euam scilicet per sensualitatem non per ratiōē preceptū diuinum vilipendit · sed oleum misericordie

clamando petiit in ualle huius mundi. quando in su/dore suo panem acquisiuit. Cuius miseriam uidens dei filius de celo descendit et eum per proprium sanguinem redemit et in domum dei duxit quando infernum spoliauit. ipse pctã nostra in corpore suo portauit quando pro nobis miseris mortuus est. Pauper qui inuenit thesaurum est xp̃s qui paradisum obtinuit non solum pro se sed pro omnibus qui eũ diligunt. Heremita deũ precatus est sic xp̃us per passionem per carnem incepit timere. quãdo dixit si possibile est trãseat a me calix iste et rogauit pro genere humano. Studeamus igitur etc.

De iniuste aliena bona occupantibus grauis erit i extremis disceptatio. Capitulum. cxxviii.

Aximianus regnauit. in cuius imperio erãt duo milites. quorum unus erat iustus et timens deum alter vero cupidus et diues. qui magis studuit mũdo placere quam deo. Miles iustus quandam terram anexam terre cupidi habebat. quam cupidus toto conamine desiderabat habere. sepius ad militem iustum perrexit et ei aurum et argentum obtulit. quantum volebat. si terram ei venderet. Ille vero semper renuuit. sic quod tristis recessit. sed cogitabat quomodo eum deciperet. Accidit quod iustus moreretur. quod audiens cupidus. cartam nomine defuncti scribi fecerat. quomodo in vita sua defunctus per quandam summam pecunie ei terrã quam desiderabat vendidit. quo facto tres homines precio conduxit ut ei perhiberent testimoniũ. Cũ quibus ad defunctũ accessit et sigillũ eius inuenit camerã intrauit

ubi defunctus iacuit·omnes expulit exceptis suis testi
bus· Deinde coram testibus sigillū in manu defuncti
posuit·et pollicem super sigillū ita quod cum pollice mor
tui cartam suam signauit dicens· Ecce vos estis testes
huius rei·qui dixerunt· Sumus Et sic ille miles terram
illam ut suam occupauit·Cui filius defuncti dixit·
Quare terram meam occupas? Qui respondit· Pater
tuus mihi eam uendidit·Cui ille· Pluries ad patrē me
um uenisti et pecuniā obtulisti pro terra·sed pater me
us noluit eam uendere· Venerunt pariter ad iudicem/
Miles cupidus de emptione cartam sigillatam sigillo
defuncti ostendit et testes adduxit qui huic testimoniū
perhibuerunt· Cui filius defuncti dixit· Scio quod hoc ē
sigillum patris mei·sed scio quod nunquam tibi vēdidit quo
modo sigillum habuit ignoro. quare ibi testimonium
de hoc perhibeat. Iudex uero istos tres abinuicē sepa
rari fecit et militem et similiter seniorem fecit adduci que
rens ab eo si orationem dominicam sciret·et fecit eū co
ram eo a principio usque ad finem dicere· Qui eam be
ne sciuit·et illum fecit poni in locum seorsum·Deinde ius
sit secundum adduci·et ait ei· Carissime ante te socius
tuus erat hic qui mihi dixit ita verum sicut pater nos
ter. Ideo nisi tu dicas mihi veritatem quam a te que
siero in patibulo te suspendi faciam. Ille cogitauit·
socius meus totum narrauit·quomodo miles pollicē
defuncti accepit·et eius sigillum et cartam suam sigilla/
uit·nisi ueritatem dixero. filius mortuus ero· Qui ōnia
per ordinem narrauit· Cum hoc audisset iudex· fecit
eum seorsum poni et tercium adduci· Cui ait· Ca/
rissime socius vester primus dixit mihi ita verum·

sicut pater noster ꝛ secundus etiã· ideo nisi tu mihi ve ritatem dixeris morte turpissima morieris· Ille cogita uit· Socii mei omnia secreta militis narrauerunt· iõ bo num est ut ueritatem dicam· Qui de uerbo ad uerbum iudici narrauit quomõ hoc factum fuit· Quem iudex seorsum poni fecit· Et vocauit militē quē toruo vul tu respexit dicẽs· O maledicte cupiditas tua excecauit te· Dic mihi quõ miles defunctus terrã quã occupas ti bi uendidit Ille uero ignorans de confessione testium allegauit ꝙ iuste occuparet· Cui rex· Maledicte testes perhibent testimonium contra te quõ pꝰ mortẽ polli/ cem eius accepisti ꝛ sigillum eius ꝛ cartã tuã sigillasti· Quod audiens miles ad terram cecidit ꝛ miaꝫ petiuit Ait ei rex· Misericordiam quã meruisti obtinebis· Et fecit tres testes trahi per caudas equorum usqꝫ ad pa tibulum ꝛ ibi suspendi similiter ꝛ militē· Satrape reg ni iudicium ꝛ sapientiam regis laudabant· ꝙ tam sapi enter ueritatem inuestigasset ꝛ oĩa que ille miles habe/ bat dedit filio defuncti militis. Qui gratias regi egit· ꝛ hereditatem sibi restituit·

Moralizatio·

Karissimi per istos duos milites ĩtelligunt dy abolus ꝛ primus parens. Filius eius erat to/ tum genus humanum ab eo propagatum· he reditas est paradisus quẽ deus sibi dedit. Hoc vidẽs miles cupidꝰ scꝫ dyabolus accessit ad eũ suggerendo ꝛ temptando ut paradisum per peccatum amitteret. Ille uero qꝫdiu remansit in uita scꝫ in puritate uite he/ reditatem scilicet paradisum occupauit· Sed eo mor/ tuo per peccatũ quod commisit contra diuinũ pceptũ

perdidit ꝛ totum genus humanum pꝯ eū. Sed primo est querendū quō perdidit Dico carta erat scripta qñ eua consensum prebuit ut de ligno uite contra diuinū preceptum comederet. Erat sigillata. quādo adam q erat caput rationis. ꝛ cui dabat specialiter preceptum comedit ꝛ uxori magis adhesit ꝙ deo. Sigillum ut scitis imprimit suam impressionem ī cera Sic deus īpressit suam ymaginem in adam ꝛ eum dominum mundi constituit. psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius ꝛc. Illam impressionem id est ymaginem dedit dyabolo quando ei obediuit ꝛ hoc cum pollice postꝙ defunctus erat. Pollex claudit totam manuꝫ. pollice amisso manus uires amittit. Per pollicem debemus intelligere rationem quam deus homini dedit vt bonum diligat ꝛ malum respuat. vnde ꝙdiu homo ratione regitur ꝛ ratio in eo dominatur. tamdiu poterit bene seipsuꝫ ꝛ alios regere. sed qui caret ratione. caret virtute ꝛ fortitudine spirituali. Adam vero primus parens habebat scientiam a deo infusam vltra omnes creaturas. ita ꝙ omnes creature ante peccatum ei obediebant. hoc non obstante scienter cum pollice rationis adhesit dyabolo cum dyabolus ei dixerat. Non moriemini. sed si comederitis. eritis sicut dii scientes bonum et malum. Dyabolus cum uidisset eum sic seductuꝫ ꝛ hereditate celesti priuatum uolebat filium. scꝫ totum genus humanum excludere. Sed homo si cautus fuerit. debet ad regem celesteꝫ accedere. ut patriarche ꝛ ꝓphete fecerunt. qui clamauerunt ad deum pro remedio. O domine deus emmanuel rex ꝛ legifer noster. expectatō gentium ꝛ saluator earum. veni ad saluandum

nos domine deus noster. Sed dyabolus producit secum tres testes. scilicet superbiam uite. concupiscentiam carnis. et concupiscentiam oculorum. Contra quos oportet procedere prudenter. Primum testem debemus examinare. si sciat pater noster. siue orationem dominicam. Hoc est si aliquid fecerat propter quod peccatum superbie contra eum testimonium perhibeat. humiliet se in omnibus uerbo et opere. ita uere sicut est oratio dominica et regem celestem placabit exemplo christi. qui erat patri obediens. usque ad mortem. Si uero homo timeat secundum testem scilicet concupiscentiam oculorum. scilicet mundum in quo tantum delectatur pure confiteatur. ut fecit secundus testis et periculum poterit euadere. Si uero homo timeat tercium testem scilicet concupiscentiam carnis deo satisfaciat per carnis macerationem. id est per ueram satisfactionem ut fecit tercius testis. qui omnia recognouit. Unde ipse cum duobus sociis suis in patibulo suspenditur. De quo loquitur apostolus. Suspendium elegit anima mea. id est suspendium penitentie. Et si sic fecerimus uitam eternam obtinebimus. Ad quam nos etc.

De amicicie uere probatione. Capitulum cxxix

Quidam rex habuit tantum unicum filium quem multum dilexit. Qui filius a patre licentiam accepit ut mundum uisitaret et amicos sibi acquireret. qui per septem annos uagabatur in mundo et post hec ad patrem rediit. Pater gaudenter eum recepit et ab eo quesiuit quot amicos acquisiuisset. Ait filius. Tres. primum amicum plusquam meipsum diligo. secundum tantum sicut meipsum. et tercium parum uel nihil. Cui pater. Bonum est eos probare et temptare antequam

eis indigeas. Porcum occide et in sacco pone et in do/
mum amici quem plus diligis ꝗ te perge de nocte et
ei dic ꝙ a casu hominem occidisti et si inuentum fuerit
corpus ego morte turpissima ero condemnatus. Ro
go modo te sicut te semper plus ꝗ meipsuꝫ dilexi suc
curre mihi in hac maxima necessitate. Quod factum
est. At ille respondit. Sicut eum occidisti iustum est vt
penitentie subiaceas. Si corpus meum esset iuentū for
te in patibulo ero suspensus. Verūtamen quia ami
cus meus fuisti ideo tecuꝫ pergaꝫ ad patibuluꝫ ⁊ post
ꝗ mortuus fueris tres vel quatuor vlnas tibi dabo
ad corpus tuum inuoluendum. Ille hoc audiēs ad
secundum amicum accessit et illuꝫ vt primū probauit
Ille sicut primus rennuit dicens. Credis me fatuum
ꝙ in tali periculo me ponere vellem. Verūtamen qꝛ
amicus meus fuisti ideo ad patibulum tecum pergaꝫ
⁊ in uia te consolabor quantum potero. Ille ad terci/
um amicum accessit ⁊ eum probauit dicēs Verecūdor
tibi loqui. quia nunꝗ pro te aliquid feci ⁊ a casu hōi/
nē interfeci ⁊c. At ille. Libenter hoc faciam ⁊ culpaꝫ mi
bi imponam ⁊ patibulū si necesse fuerit pro te ascendā
Hunc expertū ē meliorem amicum suum fuisse.

Moralizatio.

Arissimi rex ille ē deus omnipotens. Filius vnicꝰ
est quilibet bonus xp̄ianus. qui per septē annos
id est in toto tempore vite sue habet in mundo conuer
sari ⁊ tres amicos querere. primus est mundus. quem
plus diligit ꝗ seipm̄. ꝓbatᷣ hoc. ꝓpter mūdū hō po
nit se in periculo mortis mō in mari mō in terra vitaꝫ
sepe amittendo ut tp̄alia bona possit habere. ergo plꝰ

diligit mundū q̄ seipm. Et si cū tēpore necessitatis ꝓbaueris sine dubio tibi deficiet. immo in omnib9 bōis tuis si tibi dederit duas ulnas uel tres de panno ad inuoluendum corpus tuum multum est. Secundus amicus quem tantum diligis sicut teipsum est uxor tua et filii tui ⁊ filie vnde ad sepulchrum in morte tecū plorando pergunt. Et cum uxor ad domum redierit īfra paucos dies dolor recedit. ⁊ alium incipit amare. Tercius amicus pro quo paruꝫ fecisti est xp̄s quia pauca bona ꝓ ei9 amore sum9 opati. immo multa mala qui tempore mortis amicus est si contriti ⁊ confessi fuerimus immo ꝓ nobis mortē in cruce sustinuit.

Q vir sapiens plus ualet uiro forti. Ca. cxxx.

Erat quidā rex q pauperē quēdaꝫ ad magnas diuitias ꝓmouit. eiq̄ vnū castrum ad custodiēdū commisit. Ille sic sublimat9 sup̄b9 fc̄us ē ualde. Cū inimicis regis ꝯsiliū babuit ⁊ ipsoꝝ ꝓditor fc̄us castꝝ ipīus aperuit. Rex uero de hoc multum contristatus ꝯsiliū habuit quomodo castꝝ rehaberet. Dictū est ei q̄ non posset castꝝ rehabere nisi tria haberet. scꝫ fortitudinē sapientiam ⁊ dilectionem vna cum diuitiis. vnde i r̄gno suo fuerunt tres milites quorum vnus erat ceteris fortior. secundus sapientior. ⁊ tercius regem multuꝫ dilexit. Isti tres milites sunt missi cum exercitib9 ut castrum inuaderent. Primo miles fortis cū exercitu grandi processit per quandā forestā in qua erāt īimici regis ⁊ incepit viriliter contra ipsos pugnare. Sed subito q̄dam sagitta exiit de balista ⁊ eum in inguine percussit ⁊ mortuus est. Miles vero sapiens post eum

forestam intrauit. ⁊ incepit allegare iura sic uolẽs eos allicere. uenit sagitta que percussit eum inter pulmonẽ ⁊ stomachum ⁊ mortuus est. Hec uidens tercius miles forestam intrauit ⁊ incepit dulcia uerba proferre ⁊ ornate loqui in tantum ꝙ libenter illum audiebant ⁊ trãsire permittebant. Verũtamen tantum cũ eis fecit ꝙ introitum habuit in castrum. Et sic inter eos cõuersabatur ꝙ oẽs existentes in castro sunt cũ eo confederati. Et sic castrum pro rege acquisiuit. ⁊ suum uexillum in summitate ordinauit. Cum rex hoc audisset ꝙ tã prudenter castꝝ acquisiuisset illũ ad magnas diuicias ꝑmouit

Moralizatio.

Karissimi rex iste est dominus noster ihũs xp̃s q̃ illum pauperem scꝫ adaꝫ primũ parentẽ ad magnas diuitias promouit. quãdo eum senescallum paradisi constituit. Sed ille per pc̃m perdidit. Vñ in toto regno mundi pauci erant inuenti qui castruꝫ predictũ id est paradisum poterant obtinere. Vocati sunt tres milites per quos intelligo tria genera hominum. Per primum mundi potentes. qui credunt per potenciam ⁊ fortitudinem mundanam paradisum acquirere. Et licet sint ad hoc apti. venit tamen subito sagitta superbie. ⁊ ipsos spiritualiter interficit. Per secundum militem mundi sapientes intelligere debemus. qui incipiũt iura allegare. vt sunt iudices ecclesiastici aduocati ⁊ iudices temporales qui credunt per sapientiam suaꝫ paradisum acquirere. Et dum incipiunt viaꝫ tenere uenit sagitta auaricie id est bursa plena pecunie. Et sic percutit eos ⁊ spiritualiter interficiuntur.

Per tercium militez qui dulciter sine tumultu loquebatur xpianum simplicem totaliter in deo cor habentem poterimꝰ intelligere· non confidentē in pompa humana nec de eius sapientia· Sed solūmodo in deo· Juxta illud ps̄· Beatus homo qui sperat in dn̄o· Certe talis castꝫ paradisi poterit acquirere· Quod nobis· ꝛc·

De diuitibꝰ quibꝰ dat ꝛ pauperibꝰ qbꝰ id qđ hn̄t abstrahit· quōd deꝰ eos eternaliter remunerat ꝑ celestē patriā

Capitulum centesimumtricesimūprimū

Rex quidam fecit proclamari ꝙ oēs indifferēter ad eum uenirent· ꝛ quicquid ab eo peterent obtinerent· Nobiles ꝛ diuites aliqui ducatuz aliqui comitatum aliqui militiam· aliqui aurum ꝛ argentū petierunt ꝛ obtinuerunt· Deinde pauperes ꝛ simplices uenerunt ad regem etiam petentes· Quibus rex ait· Tarde uenistis· ante uos nobiles ꝛ principes uenerunt ꝛ omnia que habui eis dedi· qui tristes de responsione fuerunt· Rex uero pietate motus ait· Carissimi tantuz eis temporalia dedi· sed dominium retinui· quia nullꝰ hoc petiuit· ego do uobis hoc ut sitis domini eorum ꝛ iudices· Diuites hoc audientes contristati sunt ꝛ venerūt ad regem dicentes. Dn̄e confusi sumus ꝙ pauperes et seruos nostros constituisti iudices ꝛ dominos nrōs· Melius est nos mori ꝙ̄ sic seruituti subiici· Ait rex· Carissimi non facio uobis iniuriam quicquid a me petiuistis uobis dedi intantum ꝙ nihil mihi retinui nisi dominium quod dedi eis· Sed do uobis consiliuz q/libet vestrum satis habet ad uiuendum · det ergo

quilibet uestrum partem de diuitiis pauperibus per quam poterunt honeste uiuere et ego dominium ab eis recipiam et apud me manebit et sic eritis liberati a seruitute magna. Quod et factum est.

Moralizatio.

Carissimi rex iste est deus diues super omnia. preco proclamans est predicator qui dicit petite et accipietis querite et inuenietis. Diuites et mundi potentes cum illum clamorem audierunt statim cum omni labore castra ciuitates. aurum et argentum petierunt et obtinuerunt Sed xpistus tamen de mundanis dedit eis. quia nihil retinuit. ysaie. liii. Uulpes foueas habent et uolucres celi nidos filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet Deinde pauperes uenerunt et nihil habuit eis dare nisi dominium. et sic eos constituit dominos et iudices diuitum. Juxta illud mathei. Uos qui reliquistis omnia et secuti estis me sedebitis super. xii. sedes iudicantes duodecim tribus israhel. Et illud mathei. v. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. Diuites hoc uidentes deberent multum dolere quod pauperes qui serui eorum fuerunt in hoc mundo debent esse iudices et domini eorum in celo. Si ergo desideratis cum eis regnare faciatis sicut fecerunt illi. quilibet det elemosinam quantum potest pauperibus ut possint uiuere et sine dubio cum eis poteritis in eternum regnare.

De inuidis qui bonos per malam uitam inficiunt. Capitulum cxxxii

Ciuitas quedam erat in qua quatuor phisici fuerunt in medicina periti. Junior alios tres in scientia

excellebat intantum ꝙ omnes infirmos ad eum venie͂tes sanauit. Quod alii uidentes moti sunt contra euꝫ ⁊ inter se dixerunt. Quomodo poterim⁹ istũ extinguere? Ecce totus mundus ad eum currit ⁊ nihil poterim⁹ propter eum lucrari. Ait unus de tribus. Ad tres leucas omni ebdomada uisitat ducem. ⁊ die crastina ad eum accedet. Ego stabo extra ciuitatem ad vnã leucaꝫ. tu uero ad duas ⁊ alius ad terciã. Cuꝫ uero in fine prime leuce venerit ei obuiabo ⁊ signo crucis me signabo ⁊ quilibet uestrũ sic faciet. Ille uero causam crucis queret. dicemus Leprosus factus es. ⁊ ex timore leprã incurret/ qꝛ dicit ypocras. Nõ timens lepram ex timore eam incurrit. Et cum lepros⁹ fuerit nullus ad eum accedet. Quod factum est.

Moralizatio.

Karissimi per istos tres medicos qui quartum inficiebant debemus intelligere tria uicia q̃ in isto mundo regnant scꝫ superbiã uite cõcupiscentiaꝫ carnis ⁊ cõcupiscentiam oculoꝝ. Vel signant dyabolũ mũdum ⁊ carnem. Isti sunt medici reproborum qui faciunt corpus in deliciis uiuere animam in iferno regnare. Medicus subtilis est quilibet bonus xp̃ianus sicut sũt p̃lati ⁊ cõfessores q̃ hñt nos spũaliter curare/ uirtutes inserere. ⁊ uicia extirpare. Sꝫ heu ꝓh dolor sepe p illa tria uicia medicus spũalis est/ ifect⁹ intm̃ ꝙ dign⁹ nõ est gradũ in ecclesia tenere sed extra ut sunt symoniaci ⁊ alii qui sunt diuersis uiciis irretiti. Carissimi si uoluerimus ab istis viciis cauere extra uiã ambulemus p opera mie. ⁊ sic poterim⁹ ad regnum puenire Quod ꝛc.

De spūali amicicia. Capitulum .cxxxiii.

Uidam rex erat qui duos leporarios habuit. q quasi continue adinuicē erant ligati. ꝛ q̄diu ad inuicem ligabant̄ mutuo se dilexerunt. s; ipsis solutis quilibet aliū uolebat deuorare. Rex uero hoc uidens multum dolebat. q: qn̄ ludere cum eis uolebat ꝛ uenari ꝛ ipsis solutis pugnabant ꝛ ludo nō intendebāt. Rex ꝯsiliū querebat sup hoc Cui dictū ē ꝙ lupus fortis ꝛ crudelis adduci deret ꝛ un9 de canib9 cōtra eū pugnare pmitteret. qn̄ uero canis fere fuerit deuict9. alium canē ꝯtra eū admitteret. Et cū prim9 canis uideret se adiutum. sp p9 hoc adinuicē se mutuo diligerent qd ꝛ fcm̄ est. Et lupo quasi deuincente ꝛ cane deficiente ali9 eū defendit ꝛ ipm occidit Ab illo tpe tā ligati q̄ soluti canes mutuo se dilexerunt.

Tarthari enim hoc faciunt· ⁊ licet non utantur arcu·
magis tamen possunt homines impedire q̄ꝫ corporis
uirtute prosternere· In solacium tamen regis factum
est ⁊ ad amoris ostensionem prouisum· ut ad bella re
gem regina sequatur· Carissimi per reginam animam
nostram intelligimus· que regina in celis per tramitem
bonorum operum constituetur. hec regina alba est ni
gra· Alba per confessionem ⁊ absolutionem· quando
seruus eius scilicet corpus pure confitetur ⁊ absoluitᷣ·
satisfaciens pro delictis in tantam albedinem redditᷣ·

⁊ decies sole clarior apparebit Sed nigra efficitur per peccati fuliginem ⁊ deturpationem· Hec iuxta regem stare debet· quod si non fecerit capit͛ ⁊ violatur· Ani/ma enim nostra ad hoc corpori ifusa est ut eius recu peratione ⁊ saluatione angelorū exercitus· qui ruinã magnam cum lucifero fecerat ad integrum restauretur ⁊ ut ad regem glorie ut regina collocet͛ Que cum a re/ge cuius cura tegitur ⁊ gubernatur discesserit capitur· ⁊ per mortalia facta ad inferos mittitur· ⁊ ibi irrecu/perabiliter demergitur· Et quãuis regina ista id est a nima ab extra bellare nesciat corpus tamen ut meritoria operetur ab intus instigat· Quia corpus nostrū (sicut insessor equum) anima id est ratio nostra dirigere debet ad virtutes ⁊ informare ne ultra limites mandatorũ ecclesie prosiliat·sed recto tramite de quadro vnius virtutis in quadrum alterius gressum faciat· ꝓpterea regina in scbacario gressum lentum ⁊ non saltum debet habere ⁊ infra proprios limites permanere Nam dyna iacob filia uirginitatem seruauit· dum in domo fratrum suorum quieuit sed statim cum ad videndum alias regiones curiose exiuit a filio sichē corrupta fuit· Seneca dicit ꝙ mulieres que malam fa/ciem habent leues ⁊ impudice sunt non enim illis deest animus· sed corruptor· Solinus dicit ꝙ preter mu/lieres pauca animalia coitum mouent grauida· Nigram faciem ad omnium virorum aspectum debent habere. ne ab aliis sollicitate de incontinentia diffa/mentur Ouidius. Que dant queue negant· gaudēt tamen esse rogate· Ludunt formose· Casta est

quam nemo rogauit. Serui qui hunc ludum exercēt re
ges sunt ꝛ nuncupantur. Rex enim super omnes alios
est. quod motionis ꝛ progressionis natura manifes/
tat. Cum enim resideat in quarto quadro albo cū ipse
sit niger habet a dexteris in albo militem alphinū uel/
ro ꝛ rochum in nigro. In sinistra uero tenet loca op/
posita. Quia uero rex ut dictum est super omnes ob/
tinet dignitatem ꝛ dominium ratione dignitatis non
decuit eū multo spatio regni sui solio absētari. ꝛ ideo
cū3 moueri incipit de suo quadro albo naturā sequit
rochorum a dextris ꝛ a sinistris. Ita tamen ꝙ a si/
nistris non potest se ponere in loco nigro iuxta rochū
situatum in albo s3 potest se ponere ī albo loco iuxta
dictum rochum ad angulare quadru3 ubi situati sunt
ciuitatis custodes et ibi natura3 habet militis ī tali ꝓ
gressu. Istos autem duos progressus sortitur vice
regine. Carissime rex iste est dominus noster ihesus
xpristus qui est rex regu3 super omnes in celo et in ter
ra quod progressionis et motionis sue natura mani/
festat. Dum enim progreditur omnes sanctorum ā/
gelorum chori ipsum tanquā dominu3 venerantes co
mitantur qui et secum rochum et alphinu3 aliaq3 scha
calia et locum vniuersorum recto tramite occupat cir
cumq3 teste psamista qui ais. Si ascendero in celū
tu illic es si descendero ad infernum. ades. Denique re
ginam secum ducit id est misericordiarum piā matre3
ꝛ dnām nostrā maria3. Cuius vice vnum progressu3
miserationis ad popularium quadrum id est homi/
nu3 in mūdo viuētiu3 facit. Unde merito nomē illud

gloriosum per prophetam fortitus est ubi eum patrē misericordiarum et deum totius consolationis eē scriptura testat. Dum enim merroris et perditionis nostre p peccatum prothoplausti nullus sanctorum aut electorū recuperationē facere poterat ipse misericors rex ad popularium suoruȝ restaurandum gregem et numeruȝ de celestib9 sedibus ad huius mundi miserabilis quadrum ingredi dignatus est et a seruitute diabolica liberauit. Cuius sibi gratias p infinita secula reddamus.

De audiendo bono consilio. Capitulum clxvii.

Agittarius quidā auiculam nomine philomenaȝ accepit quam cum uolebat occidere uox data est philomene et ait. Quid tibi proderit o homo si me occideris? Neqꝫ enim uentrē tuum de me implere ualebis sed si dimittere me uelles tria mandata tibi dareȝ que si diligenter seruares magnam utilitatem inde consequi posses. Ille uero ad eius loquelam stupefactus promisit ut eam dimittere uellet si hec tria mandata et utilia proferret. Que ait. Audi ergo primum est. Nunqꝫ rem que apprehendi non potest apprehendere studeas Audi secundum. De re perdita et irrecuperabili nunqꝫ doleas. Audi tercium. Verbo incredibili nunqꝫ credas hec tria bene custodi et bene tibi erit Ille autem promisit et eam volare dimisit Philomena enim per aerem volitans dulciter cantauit finito cantu dixit ei. Ve tibi homo qꝫ malum consilium habuisti et qꝫ magnum thesaurum hodie perdidisti. Est enim in visceribus

meis magarita que strucionis ouum uincit magnitudi ne. ille hoc audiens contristatus est ualde quod eam dimi sit. rethe suum expandit et conabatur eam apprehendere dicens ei. Ueni in domum meam et omnem humanita tem exhibebo tibi. et propriis manibus te pascam et ad tuam uoluntatem te uolare permittam. Cui philomena. Nunc pro certo te fatuum esse cognosco. Nam ex illis que tibi dixi nullum profectum habuisti. quia de re p dita et irrecuperabili doles cum me nequeas capere. et tamen rethe tuum temptasti. Et insuper margaritam in meis visceribus esse credidisti. Cum ego tota ad mag nitudinem oui strucionis non valeam pertingere stul/ tus es et in stulticia tua semper permanebis. His dictis auolauit. Homo autem dolens et tristis ad domum rediit et philomenam non uidit.

Moralizatio

Karissimi iste pot dici quilibet bonus xpianus qui in baptismo a peccato originali est lotus. in quo baptismo sagittas acutas recipit scilicet uirtutes contra dy abolum mundum et carnem. Accepit philomenam scilicet do/ minum nostrum ihesum xpm quando renunciauit dy abolo et omnibus pompis eius. Qui miro modo dul citer cantauit quando orationem patri celesti pro gene re humano infudit. sed miser peccator istam philome/ nam scilicet dominum nostrum ihesum xpm cogitauit oc cidere quotiens cogitauit peccatum mortale perpetra re. sicut dicit apostolus. Iterum quantum in eis est crucifi/ gunt filium dei. Sed diligenter attende quod deus dedit tibi tria mandata que si tu diligenter custodieris ad magnum profectum peruenire poteris etc. Res ista est trinitas in qua sunt

tres ꝑsone ⁊ vnus deus quã rẽ nunq̃ poterimꝰ appre
hẽdere q̃diu sumꝰ in hoc mortali copore scd̃m ꝙ di
cit apostolus. Iã uidemꝰ in enigmate postea uidebiꝰ
sicuti est. Nec fides habet meritum ubi humana ratio
prebet experimentum. Itẽ saluator in euangelio respõ
dit mulieri petenti dic ut sedeant hi duo filii mei ⁊c.
Respondit saluator. Nescitis quid petatis. Item di/
cebat petro querenti de ꝯsummatione seculi ⁊c. Dixit
Non est uestrum nosse tp̃a uel momenta ⁊c. Ecce isti
studebant rẽ apprehẽdere quam non potuerunt attin
gere.

Liter istud exẽplum põt reduci ad illos qui ap/
petunt honores ⁊ diuitias. Exẽplũ de lucifero
qui rem appetiit. ſ; impossibile ei apprehẽdere erat q̃n
dicebat. Ascendam usq; ad terciũ celum ⁊c. Quid ergo
sequit̃ pꝰ. In infernũ cecidit. Itẽ de primo parente. q̃
p esum pomi deꝰ eẽ uoluiſſ; ꝓpter qd̃ a paradiso est
expulsꝰ ⁊ morte͂ sibi ⁊ oĩbꝰ nobis parauit. Cõsulo er/
go vos diuites ac mũdi potẽtes. nolite rẽ apprehẽde
re que apprehẽdi non põt. Sicut sunt bona tempora
lia ac seculi hõres q nunq̃ veraciter poterunt sine dã/
no aĩe apprehendi. sicut dicit aposto. Qui uoluerit di
ues fieri incidit in laqueos dyaboli. Et licet bona ob
tinueris quãdo meliꝰ speras de eisdẽ gaudere defrau/
daberis. Exẽplũ de illo diuite q dicebat. Destruã hor
rea mea. ⁊ eadẽ nocte defunctꝰ ẽ. Secũdũ mandatũ ẽ
de re perdita ⁊ irrecuperabili nõ dolebis. Carissimi dẽ
tis scire ꝙ p rẽ ꝑditã itellige dẽmꝰ corpis sanitatẽ l' di
uitias q̃s deꝰ aufert ab eo quẽ diligit. iuxta illd̃. Fla
gellat oẽm filiũ suũ quẽ diligit. ſ; aliq fci sunt ceci clau

di aut membro aliquo priuati uel diuitiis spoliati Et ultra q̄ credi pōt dolēt ⁊ grās deo nō offerunt sicut esau multum dolebat q̄ benedictionem patris amisit. ⁊ tamen obtinere non potuit. Tercium mandatum est verbo incredibili nō credas. In isto uerbo carissimi multi sunt decepti per dyabolū mūdū ⁊ carnem. Dyabolus suggerit multa ⁊ falsa promittit que sunt incredibilia sicut de prio parēte qui credidit dyabolo qn̄ dixit. Si comederitis de ligno eritis sicut dii Credidit ⁊ erat deceptus. ⁊ iō a paradiso erat expulsꝰ. Promissio dyaboli erat incredibilis propter duo. primo q͂a mendax. secundo quia deus ei predixit. In quacunq͂ hora comederitis de ligno moriemini. Sic modo aliqui tantum credunt dyabolo mundo ⁊ carni. q̄ statī eis adherent ⁊ in peccatis consentiunt ⁊ dicunt. Ouum est tam preciosum ⁊c. per ouū mundus intelligit᷑ qui est rotundꝰ. Mundus dicit homini. Bonū ē uti mundo in iuuentute. quia licet hoc fecerimus ⁊ peccatū inciderimꝰ tūc maior ē structiōe. id est maior ē diuina mīa q̄ nrā miseria Cōtra tales dicit psal. Non misererais omnibus qui operantur iniquitatem. Studeamus ergo ⁊c.

De eterna damnatione. Capitulum. clxviii.

Barlaam narrat q̄ peccator similis est homini. q cum timeret vnicornem cecidit in baratrum. Dū autem caderet manibus arbusculam quandam apprehendit. que de profundo ascendebat ⁊ aspiciēs inferiꝰ uidit ad pedē arboris puteū teterrimum ⁊ draconem horribilem arborē cingētē ⁊ eius casum ore aperto expectantē. Duobꝰ autē muribꝰ quorū vnꝰ erat albꝰ

alis niger arborem icessanter corrodentibus. In radice sensit eam uacillare. Quatuor quoque uipere albe ex basi a qua pedē fixerat procedentes totā foueā flatu suo mortifero intoxicabant. Eleuans oculos uidit exitum mellis de ramis arboris stillantis. oblitusque periculi. in quo undique positus erat illi dulcedini totum se dedit. Quodam autē amico eius porrigēte sibi scalā ut egrederet' melle delectatus distulit et cadente arbore. cecidit in os draconis. qui descendens in puteum ibi eum' deuorauit et sic misera morte (heu) mortuus est.

Moralizatio.

Karissimi homo iste est pctōr unicornis ē mors q̄ hominem semper sequit'. baratrū ē mūdus iste. Arbor ē uita q̄ p horā diei et noctis q̄si p murē albū et nigrum incessanter consumit'. basis ex qua pcedūt uipere est corpus humanum habens quatuor qualitates huius rum. quibus inordinate oppositis corpis cōpago dissoluitur. Draco est dyabolus. puteus infernus. dulcedo ramusculi delectatio peccati per quā hō seducitur ut periculum non intueat'. Amicus est xps aut predicator. scala est penitentia cui cū hō differt acquiescere subito uita deficiente in os dyaboli cadit qui eū in infernum deuorat et rapit.

De duodecim legibus et modo uiuendi. Ca. clxix.

Narrat trogus pompeius de ligurio nobili milite qui ciuitatem cum populo iurare indixerat ad seruandum leges quasdam iustas et utiles. licz principio graues donec ipse ab appolline delfico. quē ipse finxit esse auctorem dictarum legum responsum reportaret.

Quo facto in cretam iuit et ibi perpetuum exilium egit Moriturus autem ossa ad ciuitatem redirent · et omnes a iuramento se liberos esse credentes legum obseruanciam uiolarent. Harum autem legum duodecim nume/ro erant. Prima lege populum in obsequia principum et principes in custodiam subditorum et ad coertionē impiorum informauit. Secunda lege parcimoniam et frugalitatem omnibus persuasit credens miliciam lau/dabilius fieri modestia quam crapula. Tercia lege iussit singula non pecunia sed meritorum compensiōe opor tuna. Quarta lege instituit aurum et argentum uelut ō/nium materiarum uiliorem. Quinta amministrationē rei publice per ordinem diuisit. dans regibus potesta tem bellorum. magistratibus iudicia et omnes offensi ones senatui. custodiam legum populo. creandi uel eli gendi magistratus potestatem. Sexta fundum omni/bus equaliter diuisit. et omnibus patrimoniis equalibus ita quod alter altero nullus potentior redderetur. Septima iussit omnes conuiuare publice. ne alter alteri foret cau sa luxurie. Octaua. Iuuenes toto anno. vna sola vo/luit uti ueste. Nona. Pueros pauperes in aruum non in forum publicum deduci iussit. ut primos annos du cerent in opere non in leuitate. Decima lege statuit. vir gines sine dote nubere. Undecima voluit uxores eligi non pecunia. Duodecima. maximum honorem nō di/uitum sed pro gradu etatis fore. Omne autem quod quacumque lege statuit ipse pro exemplo aliis primus ser uauit

Moralizacio ·

Arissimi nobilis iste est dominus noster ihesus cristus. qui intrauit quandam ciuitatem id est mundum istum ⁊ fecit populum iurare id est in baptismo firmiter promittere seruare leges suas id est decem precepta donec ueniret ad iudicium. Cum autem mortuus erat non tantum ossa sed totuz corpus in mare id est in terram posuit. Prima lex est. In obsequium principuz ⁊c. hoc est q̄ xp̄iani semper sint parati per omnia prelatis ⁊ ecclesiarum rectoribus sine excusatione aut aliqua contradictione simpliciter obedire. Et q̄ principes per quos prelatos intelligimus. qui curam animarum custodiendarum susceperunt subditos suos in uiam salutis dirigant ⁊ per bona exempla in uita sua eos antecedant. quia turpe est doctori cū culpa redarguit ipsum. Secunda lex frugalitatem omnibus p̄suasit ⁊ symoniam ⁊ cetera contraria interdixit parcimoniam suadens. Ac gulaz carnisq̄ crapulā quibus multi hodiernis temporibus intendentes ⁊ dediti uitam breuiant exercere probibuit. Sed frugalitatem bonoꝝ operum ⁊ largitatem elemosinarum omnibus nobis p̄ legem qua octo opera misericordie instituit seruandū esse uoluit atq̄ persuasit. Quia quicquid ultra necessitatem uite prelati ⁊ alii uiri ecclesiastici habent in elemosinam pauperum distribuere tenentur. Alias teste iberonimo rapina est ⁊ sacrilegium coram deo Tercia lex iussit singula non pecunia sed meritorum compensiōe oportuna. Hoc est quantum habes tantum uales. deus non tantum dona respicit. sed cor ⁊ intentionem donantis. Et etiam secundum cordis tui

merita deus retributionem tuam magnam uel paruaȝ faciet. Nihil enim absconditum est oculis eius. qđ nō sciatur. ⁊ nihil opertum quod sibi non reueletᷣ quoni/ am oīa intuetᷣ. Quarta lex instituit materiam auri ⁊c̄. ⁊ diuitias huius mundi vilius apud deuȝ reputari. q̄ꝫ aliquid alterius materie totius mundi sed acceptat p̄ ces ⁊ miserias pauperum. sicut legitᷣ de diuite epulone qui miseriam pauperis lazari ⁊ vlcerati non respiciēs neqꝫ cōpatiēs postq̄ꝫ ī inferno sepultus iacuit. ⁊ paux illum aque de digito stillantis petiit nō obtinuit. sed flammis ⁊ cruciatibus perpetuis expositus semper v rit. ⁊ lazarus est ab angelis propter suam patientiam in sinu abrahe collocatus. Quinta lex dedit regibꝰ po testatem ⁊c̄. hoc est intelligendum ꝙ principes ⁊ prela ti iam habent subditos iudicare. sed cauendum est. ne sint muneribus corrupti. ut nō recte iudicēt. quia si sic eadem mensura qua mensi fuerint scȝ iusticiā uel iniusticiā remetietᷣ eis per iudicem viuorum ⁊ mortuorum in extremo iudicio. Quia moderni temporis iudices munera pauperum uel diuitum quorumcūqꝫ recipientes a iusticia ita excecantur. ꝙ uiam equitatis ⁊ sententie recte uix uidere possunt. sed qui modo plus dederit fortiorem causam fouorabilioremqꝫ sententiam licet contra iusticiam obtinebit. Sexta lex. fundos omnibꝰ eq̄liter diuisit. Hoc est deus ab eterno instituit omnibus equaliter grām suā ꝓm ꝙ uiderit hoīeȝ ꝓficere. Vn̄ in euāgelio dicit. Petite ⁊ accipietis Itē alibi dicit. Quodcūqꝫ petieritis patrē ī noīe meo credite qꝛ accipietis ⁊ fiet vobis. Quia cristus in diuitiis est abundantissimus postq̄ꝫ digne a nobis

rogatus fuerit. In muneribus expendendis est largissimus. Plus enim potest dare quam mens nostra scit rogare. Septima lex ne diuitie sint causa luxurie propterea publice conuiuia celebrari instituit. quia propter diuitias multi perierunt. et sunt multis causa quare in luxuriam aut alia peccata mortalia sepius cadunt. propterea salomon rogauit dominum dicens Diuitias et paupertates ne dederis mihi. Octaua iuuenes toto anno vna sola uoluit uti ueste. Quid per hanc vestem nisi solam caritatem intelligimus que operit multitudinem peccatorum. Per hanc enim vestem possumus placere deo qui super omnia caritatem fraternam in nobis diligit. Caritas teste apostolo non agit perperam non querit que sua sunt non emulatur etc. Sic nos in caritate radicati non debemus solam nostram salutem et saluationem querere sed et fratris nostri debemus saluti prouidere per uitam exemplarem aut bonam ammonitionem in viam rectam dirigere. ne sicut ouis errans pastore pereat. sed pascua uite celestis per vestem caritatis inueniat. Nona pueros pauperes etc. id est vt itroducantur in agrum ecclesie secundum merita sua ad promouendum sicut ceteri. quia deus eligit pauperes in hoc mundo ipsos heredes regni sui faciens. ubi dicit. Beati pauperes. glosa. non omnes sed spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum Item psal. Iste pauper clamauit et dominus exaudiuit eum. Et quis est pauper ille? glosa. Spiritu. Pauper iste laborat in agro id est in hoc mundo. quoniam agricultura dei sumus et ad laborem a iuuentute nascimur sicut auis ad uolandum. Iob. ix. Et in vinea domini id est in ecclesia laborem penitentie suscipimus. et post conductionem

conuentione facta laboris nostri secundum merita uel demerita gloriam uel penam in eternitate a dispensatore ꝛ patrefamilias ihesu xp̄o recipimus. Decima statuit uirgines sine dote nubere. id est bonos cristianos sine dote id est amore mundano nubere xp̄o sunt multi qui spontanea uoluntate castitatem uouent ꝛ terrena despiciunt ut celestia premia postmodum recipiant. Undecima uxores eligi id est animas deo placentes ad eius seruitia coaptemus Nihil deo tantum placet sicut anima munda. que totaliter deo est data. Duodecima ꝙ quilibet secundum meritum honores ꝛ diuitias obtinebit. Sed uideant principes ꝛ prelati aliiq̇ rectores. ꝙ in seipsis prius opera meritoria exerceant anteq̄ alios informent. Sicut de cristo dicitur in euangelio. Cepit ihesus facere ꝛ docere.

De reuocatione peccatoris ad uiā pn̄ie. Ca. clxx

Quidam lusor occurrit beato bernardo equitanti dicens ei. Pater ludo tecum ꝛ ponam animaꝫ meam contra equum tuum. Beatus bernardus statiꝫ de equo descendens dixit. Si plura puncta me ieceris meus equus tuus erit. Si ergo plura proiecero anima tua mea erit. Lusor concessit. Statim taxillos tres arripiens. xvii. puncta proiecit. Quo facto frenum equi tanq̄ suum tenuit. Ait sanctus bernardus. Fili adhuc plus restat in tribus taxillis q̄ istud ꝛ accipiens proiecit. xviii. puncta. uno puncto plus q̄ lusor. Quo uiso lusor sub obedientia patris sui bernardi se dedit ꝛ post uitam sanctam fine felici ad dn̄m migrauit.

Arissimi lusor iste est homo ·mundanus· vanita tibus deditus ꝛ subiectꝰ· Sanctꝰ bernardꝰ ē dis cretus prelatus siue confessor qui cum tali tota prudē tia habet ludere ostendendo ei uitam · que est ludus ꝛ gaudium anime. Equum suum debet ponere id cor su um ꝛ animam laboribꝰ exponere ut reducat errantez ad uiam ueritatis sicut ait apostolus· Sicut xp̄s ani/ mam suam pro nobis posuit· sic ꝛ nos debemus ani mas pro fratribus nostris ponere· Omnes enim frēs sumus ab vno patre adam quare merito nos dilige/ re debemus· Tres taxilli sunt pater filiꝰ ꝛ sp̄us sanctꝰ qui habent multa puncta id est infinita gaudia que d bent ostendi ꝛ peccatori recitari· vnde in euangelio· In domo patris mei multe mansiones sunt· immo ibi tot sunt gaudia ꝙ oculus non vidit. nec auris audi/ uit. nec hominis cogitatio exprimere potest· que para uit deus diligentibus se· Ibi requies sine labore uita si ne morte· gaudium sine luctu· ꝛ ut breuiter concludaꝫ omnis gaudii plenitudo ꝛc̄· ad quod nos perducat

De dilectione ꝛ fidelitate nimia· ꝛ ꝙ veritas a mor te liberat · Capitulum. centesimū septuagesimūprimū·

Efert petrꝰ alphonsꝰ ꝙ erāt duo milites quorū vnꝰ manebat in egipto alter in baldach Inter istos duos nūcii sepe prexerāt vn̄ quicqd erat in terra egipti miles de egipto p nūcios ad militē de baldach misit ꝛ ecōuerso · sic ꝙ amor fideliter inter eos factꝰ ē ꝛ nullꝰ adhuc aliū uidit. Miles uero de baldach cū se nel in stratu suo iacuissꝫ itra se cogitabat· Sociꝰ meꝰ de egipto mihi magnam amiciciā ondit ꝛ nūq̄ oculis

carnalibus cum uidi uadam ad eum ⁊ uidebo. Cōdu
xit nauem uenit in egiptum audiensqꝫ amicus ei9 obui
am ei perrexit ⁊ cum gaudio ad domum suā duxit.
Miles ille quandam puellam nimis pulchram in do
mo sua habebat. Quam cū uidisset miles de baldach
captus ē in oculis ei9 ⁊ pre nimio amore īfirmat᷑. Mi
les uero de egipto cū hoc percepisset ait ei. Carissime.
dic mihi quid tibi est. Ait ille. Est puella una ī domo
tua quam desiderat cor meum tota mente. intantū ꝙ
nisi eam habuero filius mortis sum ego. Miles cum
hoc audisset omnes mulieres domus sue ei ostendit.
excepta illa puella. Ille cum omnes uidisset ait. De is
tis omnibus parum aut nihil curo. Sed est una alia
quam non uideo quam diligit anima mea. In fine il
lam puellam ei ostendit. Visa puella ait. Carissime in
ista sola stat mors ⁊ uita mea. Ait miles. Et ego dico
tibi istam a iuuentute sua ī domo mea nutriui ad hoc
ut uxor mea esset ⁊ cum ea infinitas diuitias obtine
rem. Verumtamen tantum te diligo. ut anteqꝫ moria
ris. ipsam tibi in uxorem concedo cum omnibus diui
tiis quas ego recipere deberem. Miles hec audiens ga
uisus est ualde eam in uxorem accepit cū qua diuiti
as multas obtinuit. ⁊ sic ad patriam suā baldach cū
coniuge sua perrexit. Post hec cito miles de egipto
ad egestatem magnam peruenit. intantū ꝙ nec domū
nec aliquam rem habebat intra se cogitabat. Ad quē
melius potero accedere qꝫ ad socium meum baldach.
quem ego ad diuitias promoui ut ipse me in egesta
te mea respiciat. Nauem ascendit ⁊ uenit baldach.
ad quandam ciuitatem post solis occasum / in qua

manebat diues socius eius. Intra se cogitabat. Nox est si modo ad domum socii pergam noticiaʒ mei nō habebit quia sum male vestitus et nullum mecum habeo vbi solebā magnam familiam ducere ꝛ ōnibus habū dare. ait intra se nocte ista quiescā ꝛ die crastina ad eū pergā respexit versus cimiteriū vidit ostia ecclesie aperta intrauit ut tota nocte quiesceret. Cum autē ibi fuisset et dormire uolebat in platea adinuiceʒ pugnabāt et unus alium occidit. Interfector uero ad cimiteriū fugit ꝛ ex alia parte exiuit. post hec uero clamor factus est in ciuitate Vbi est interfector. ubi est proditor qui hominem interfecit? At ille. Ego suʒ accipite me ꝛ ī patibulum me suspendite. Illi manus in eum iniecerunt. ꝛ per totam noctem in carcere incluserunt. Mane uero campana ciuitatis erat pulsata. Iudex contra euʒ sententiam dedit ꝛ illum ad suspendendum duxerunt. Inter alios qui secuti sunt eum erat miles socius eius ad quem uenerat. Cum uero eum ad patibulum duci respexisset ait intra se. Ille est socius meus de egipto q̄ mihi uxorem meam cum diuitiis multis dedit. ꝛ iaʒ vadit ad suspendium ꝛ ego uiuam. Clamauit alta uoce ꝛ dixit. O carissimi nolite innocentem interficere. ille ē innocens quem vos ad mortem ibi ducitis. Ego uero sum qui hominem interfecit ꝛ non ipse. Illi hec audiētes manus in eum iniecerunt ꝛ ambos ad patibulū duxerunt. Cum uero prope patibulum esset reus cogitabat. Ex quo reus huius facti suʒ ego si istos innocētes mori pmittā non poterit eē quin deus aliqn̄ uindictam de me sumat. melius est mihi hic pati breue suppliciuʒ

ff

q̄z eternam penam sustinere in infernum. Clamabat vo
ce magna. O carissimi nolite propter deum innocētes
occidere nullus ex eis signo. uerbo facto. consilium de
derat ut ille occideret᷑ qui occisus est. sȝ ego suȝ qui ꝓ
priis manibus eum occidi. ideo me interficite ⁊ inno/
centes permittatis libere abire. Illi hec audientes ma/
nus in eum iniecerunt ⁊ admirabantur ⁊ illos tres corā
iudice duxerunt. Judex cum eos uidisset admirabat᷑ ⁊
ait. Quare reuersi estis. Illi uero totū processum a pri
cipio usq̄z ad finem retulerunt. Ait iudex primo militi
Carissime qua de causa dixisti ꝙ tu hominem occidis
ti. Ait ille. Sine fallacia uobis dicaȝ. In terra mea egip
ti locuples fui ⁊ in omnibus abundās deinde ad mag
nam egestatem perueni ꝙ nec domum nec locum nec a
liquam rem habui verecundia ductus. terrā istā intra
ui ut᷑ si aliquod remedium obtinerē ⁊ ideo dixi ꝙ ho
minem interfecissem. quia libencius mori vellem q̄z ui/
uere. ⁊ adhuc propter deum peto. ut me occidas. Ait
iudex secundo militi de baldach. Et tu carissime. qua
re dixisti ꝙ hominem interfecisti? Qui respondit. Do/
mine miles iste mihi uxorem cum infinitis diuitiis de/
dit. quam pro seipso nutriuit. per quem factus suȝ di
ues in omnibus. Cum uero socium meum tam carum
qui me ad tot ⁊ tanta promouit uidi ad patibulū du
ci alta voce clamaui Ego sum reus mortis ei9 ⁊ nō ip
se. quia libēter pro amore eius uellem mori. Ait iudex
interfectori. Ob quam causam dixisti te hominem in/
terfecisse. Qui ait. Domine verum dixi graue pecca
tum fuisset si innocentes mori permisissem ⁊ ego viue
rem. ⁊ ideo potius elegi veritatem dicere ⁊ penam

hic sustinere quam innocentes sine culpa damnari ꝛ ego in infernum vel alibi puniri. Ait iudex. Quia veritatem dixisti ꝛ innocentes saluasti modo studeas vitam tuam emendare mortem tibi remitto vade in pace. Omnes audientes iudicium iudicem laudabant quod tam pie dedit iudicium eo quod veritatem dicebant.

Moralizatio.

Karissimi imperator iste est pater celestis. duo milites dominus noster iesus xpristus ꝛ adam primus pater. Jesus xpristus in egipto manens iuxta illud. Ex egipto vocaui filium meum. Adam primus pater in agro damasceno plasmatus est. Inter istos erat maxima amicicia ꝛ nuncios inter eos miserunt quando pater ad filium ꝛ spiritum sanctum loquebatur dicens. Faciamus hominem ad ymaginem ꝛ similitudinem nostram postea miles ad baldach scilicet adam in paradisum translatus est in domo domini nostri Jesu xpristi. In domo illa vidit quandam pulchram scilicet animam quam appetiit quam deus ei dedit cum infinitis diuitiis et dominum mundi constituit iuxta illud psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius ꝛc. In mundum istum cum uxore perrexit. Post hec miles scilicet dominus noster Jesus xpristus factus est egenus ꝛ pauper iuxta illud. Vulpes foueas habent ꝛ volucres celi nidos. filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. venit in mundum istum in quo pugnabant scilicet caro ꝛ spiritus. xpristus templum intrauit scilicet vterum beate virginis. Iuxta illud Templum dei sanctum est quod estis vos. Unus alium occidit. scilicet caro spiritum

clamor factus est in celo ꝛ in terra de interfectione spiritus quando adam peccauit. Multi sequebantur hoc est iudei cum fustibus ꝛ lanternis ꝛ gladiis eum querebant. Ille uero sicut miles respondit pro peccatis alterius. Dimitte illos ego sum sinite illos abire statim ipse se obtulit mori pro genere humano in cruce. Per secundum militem qui pro socio suo se obtulit mori debemus intelligere apostolos qui pro xpristi nomine ac ueritate mortui sunt. Per tercium qui dicebat ego sum reus ꝛc. peccatorem debemus intelligere qui nudam ueritatem in confessione debet dicere. Ego sum qui peccaui qui male egi ego iniquitatem feci ꝛ si sic feceritis sine dubio in die iudicii iudex sententiam contra uos mutabit sic quod uitam eternam obtinebitis. Ad quam.

De constantia fidelis anime Ca. clxxii.

Quidam rex in anglia erat in cuius regno duo milites erant. unus guido uocabatur. alter tyrius. guido plurima bella commisit ꝛ in omni bello uictoriam obtinuit. quandam puellam pulchram generosam nimis dilexit tamen eam in uxorem non poterat obtinere quousque ardua bella temptasset pro eius amore. Deinde in quodam bello speciali eam obtinuit ꝛ cum magno honore illam desponsauit. Tercia nocte post gallicantum de lecto surrexit intime firmamentum uidit. in quo clare dominum nostrum ihesum xpm inter stellas respexit ei dicentem Guido guido sicut bella sepius commisisti pro amore unius puelle tempus est ut pro meo amore amodo studeas uiriliter pugnare contra inimicos meos. His dictis euanuit ihesus xps. Ille intellexit quod uoluntas dei esset ut ad terram sanctam pergeret ꝛ xpm de infidelibus uindicaret

Ait uxori sue. Credo q̄ iā a me cōcepisti infantē nutri/
as quousq̄ venero. quia ad terram sanctā pergere uo
lo. Illa hec audiēs quasi furibunda de lecto surrexit.
pugionem ad caput lecti accepit ⁊ dixit. O domīe mi
semper te dilexi ⁊ tantū ꝓ tuo amore expectaui quo/
usq̄ fuero tibi in matrimonio copulata ut committe/
res multa bella vt per totum mundum fama tua esset
diuulgata. Jam concepi ⁊ modo vis a me separari?
Prius meipsam cum isto pugione volo occidere. Ille
surrexit ⁊ pugionem ex manibus eius accepit ⁊ ait. Ca
rissima paueo uerba. votum deo feci terrā sanctam vi
sitare iam est tempus acceptabile uotum meum imple
re q̄ in senectute sustineas. quia deo uolente cito redi/
bo. Illa de uerbis eius confortata anulum ei tradidit
⁊ ait. Accipe istum anulum ⁊ quotiens illuꝫ respexeris
in peregrinatione tua memoriaꝫ mei habebis ⁊ ego us
q̄ ad reditum tuum patienter sustinebo. Miles vale/
fecit ei. militem tyrium cum eo accepit. Illa uero mul/
tis diebus planxit nec consolari poterat. Cum tempꝰ
aduenit filium pulcherrimum peperit ⁊ eum tenerrime
nutriuit. Guido ⁊ tyrius multa regna transierūt ⁊ plu
rima bella pro xp̄i amore commiserunt. tandeꝫ regnū
dacie p̄ īfideles erat destructū. ait guido socio suo. ca
rissime ad illud regnum pergere debes ⁊ regem ɔtra in
fideles totis viribus iuuare. quia xp̄ianus est. ego ue
ro terram sanctam intrabo ⁊ contra xp̄i īimicos pug
nabo ⁊ per te redibo. ⁊ sic angliam intrabimus cū gau
dio. Ait tyrius. quod tibi placet ⁊ mihi regnum illud
intrabo. ⁊ si viuus fueris per me redeas. vt ad patriā
nostram intrare poterimus. Ait ille.

fideliter tibi promitto osculati sunt inuicem et in sepa
ratione amare flebant Guido terram sanctā intrauit
et tyrius daciam. Guido plurima bella inter sarrace
nos et paganos cōmisit et in ōni bello uictoriam obtinu
it. Unde fama eius per totum mundum uolabat Ty
rius uero oēs ifideles de regno dacie expulit multa bel
la commisit et uictoriā ipe obtinuit. Rex uero eum su/
per omnes dilexit et bonorauit et ab omni populo est
intantum dilectus q rex eū ditauit. Erat tunc i regno
qdā tyrānus strēnus ualde noīe plebeus q tyrio inui
debat q tam subito ad diuitias et bonores pmotus
esset eum de proditione apud regē accusauit q regem
regno priuare intendebat. Rex uero dictis eius credens
q potens et strennuus eēt tyrium omni bonore et diui
tiis priuauit. ita q tyrius ad magnam egestatem per
uenit intantum q uix sustentationem babebat. tyrius
uero multum dolebat quoniam solus est derelictus et
in paupertate positus fleuit amare et ait. Heu mihi qd
faciam ego? Dum semel tristis perrexit solus spacian/
do guido in forma peregrini ei obuiabat. Quem cum
tyrius uidisset noticiam eius non habebat sed guido
eum statim agnouit sed ei qualis esset reuelare nolebat
et dixit. Carissime unde es. Qui ait de partibus lōgin
quis sum ego sed moram per plures annos in isto reg
no traxi quendam socium babui qui terram sanctam
intrauit sed si uiuus uel mortuus aut aliter quocunq
modo secum fuerit. penitus in mea non est noticia.
Ait guido ob amorem socii tui me in gremio tuo per
mittas quiescere ut parum dormiam. quia ex itinere
lassus sum. Ille vero annuit. Cum guido

in gremio suo dormiret. tyrius uidit os eius apertum et unam mustelã candidam exire et ad quendam montez iuxta eũ intrare. Cum uero ibidem per aliquod spaciũ morã traxisset rediit et in os eius reintrauit. Hoc facto guido est expergefactus a somno et ait ei Carissime uidi somniũ mirabile mihi ũidebatur quod una mustela de me exiit et in illo monte intrauit et iterato in os meũ intrauit. Ait tyrius. Carissime sicut in uisione uidisti ita oculis meis respexi sed quid mustela in isto monte fecerat penitus ignoro. Qui ait Montem ambo intrabimus quia forte aliquid utile inueniemus montez intrabant et ecce draconẽ mortuũ inuenerũt uẽtrem eius auro plenum cum gladio posito super gladiuz erat superscriptio talis. Per gladium istum miles guido deuincet tyrii aduersarium. Guido cum istum draconem inuenisset est valde gauisus et ait tyrio Carissime totum thesaurum tibi do sed gladium iuxta me habere uolo. Ait tyrius. o domine apud te non merui vt mihi tale donum dares. Et ille. Eleua oculos tuos et vide ego sum guido socius tuus. Ille vero hoc audiẽs eum intime respexit statim noticiam eius habebat ad terram pre gaudio cecidit et amare fleuit et dixit. sufficit mihi de cetero viuere ex quo semel uidi te. Et ille Surge velociter potius de aduentu meo gaudere debes quam flere. pro te pugnabo contra aduersarium tuuz et ambo in angliam cum bonore pergemus. sed vide as ante omnia quod nemini qualis ego sum dicas. Surrexit tyrius super collum eius cecidit et osculatus est eum. Tyrius uero ad domum suam cum auro perrexit.

ff 8

Guido uero ad palacium regis ad ianuam pulsauit. Janitor uero causam pulsationis quesiuit. Ait ille. Ego sum peregrinus qui nouiter a terra sancta ueni. Statim introitum ei dedit ⁊ regi est presentatus iuxta latus regis tyrannus ille sedebat qui tyrium diuitiis ac honoribus priuauit. Ait rex. Qualis pax ē ī terra scā. Ait ille. Dominē modo est pax bona multi ad xpianitatem conuersi sunt. Qui ait. Vidisti illum militem de anglia guidonem qui tot bella ibidem fecerat. Qui ait. Domine sepius eum uidi ⁊ cum eo comedi. Et ille. Nū quid ibi mentio de regibus xpianorum est. Ait. Etiaȝ domine de persona tua quomodo sarraceni ac ceteri īfideles regnum tuum per multa tempora occupauerīt. ⁊ per quendam militem nomine plebeum ab omni honore ⁊ diuitiis illum nobilem militem priuastis ⁊ hoc iniuste de vobis ista ibidem dicunt᷑ Plebeus cuȝ hoc audisset ait. Tu false peregrine qui ista mendacia narras nunc dignus esses eum defendere. quia si sic contra te pugnarem. quia tyrius ille dominum nostrum regē a regno uolebat priuare. Ait guido regi. Domine mi. ex quo ille dicit me falsum peregrinum esse ⁊ tyriū ꝓditorem de uestro beneplacito contra eum pugnabo. ⁊ eum falsum super corpus meum probabo. Ait rex Mihi bene placet immo te rogo ut a proposito nō desistas. Qui ait. Dominē mihi arma concedas. Ait rex. Quocunq͂ indiges paratum inuenies. Rex diem belli inter eos constituit. Rex timens neq̄ peregrinus guido per insidias interim occideret᷑. uocauit uirginem filiaȝ suam ⁊ ait ei. O filia sicut uitam tuam diligis peregrinuȝ istum diligenter custodias ⁊ omnia necessaria in-

uenies. Illa peregrinum in cameram ſuam introduxit.
balneari fecit ⁊ cum ad libitum ſuum habebat. Adeſt
dies belli. Mane plebeus armatus in porta ſtabat et
clamabat. Ubi eſt falſus ille peregrinus quare tantũ
tardat? Ille hec audiens armauit ſe ambo ad campũ
perrexerunt duos ictus adinuicem fecerunt intantũ du
ros ꝗ plebeus fere ſpiritum emiſit niſi poculũ guſtaſ/
ſet ⁊ ait. O bone peregrine me permittas ſemel aquam
haurire. At ille. ſi mihi fideliter promittas hanc curia
litatem mecum agere ſi neceſſitas requirit tibi concedo
Qui ait. Et ego fideliter tibi promitto. Ille vero ad a
quam acceſſit bibit quouſqꝫ ſaturatus eſſet ſtatim cum
toto conamine in guidonem irruit adinuicem ambo vi
riliter pugnabant. intantum ꝗ modo guido ſitiebat ⁊
ait. Cariſſime eandem curialitatem quam tibi oſtẽdi.
iam mihi concedito. quia ultra quam credi poteſt ſitio.
At ille. Deo voueo ꝗ non guſtabis niſi in manu for/
ti. Guido hec audiens ſe defendebat inquantum potu
it ad aquam appropinquauit ⁊ cum prope fuiſſet in a
quam ſaltauit ⁊ hauſit quantũ volebat. deinde aquã
exiit ⁊ ſicut leo rugiens in eum irruit. aliuſqꝫ fugam pe
tiit. Rex hoc videns fecit eos abinuicem ſeparari ⁊ illa
nocte quieſcere vt die craſtina ad bellum parati eſſent
Peregrinus cameram filie regis intrauit. Illa vero ō/
ne ſolacium ei prebuit. vulnera eius ligabat. cena fac/
ta in lecto ligneo firmiſſimo eum requieſcere fecit. Ille
vero ex bello fatigatus incepit dormire. Plebeus
ſeptem ſtrennuos filios habebat vocauit eos ⁊ ait.
Cariſſimi vos eſtis filii mei vobis denuncio niſi. ille.

peregrinus extinctꝰ ista nocte fuerit. die crastina inter mortuos cōputabor. fortiorem eo nunꝗ̃ uidi. At ille. Pater nocte ista erit expeditus. Circa mediam noctē omnibꝰ dormientibus camerā puelle intrabant que erat iuxta mare constructa ita ꝙ aqua maris sub camera fluebat. inter se dixerunt. Si eum in lecto occiderimus filii mortis sumus. Omnes eum cum toto lecto ī mari proiiciemus ⁊ tunc penitus a populo dicetur. ꝙ fugam cepit ⁊ illum dormientem recipierunt ⁊ in mari proiecerunt. Ille vero dormiebat ⁊ nihil percepit. Nocte illa erat quidam piscator supra mare cum sonitū lecti audisset per lumen lune lectū respexit admirabatur alta uoce clamabat. Dic mihi propter deum qualis es vt potero te iuuare anteꝗ̃ submersus fueris. Qui do audiens clamorem a somno est expergefactus stellasque in firmamento uidens admirabatur ubi esset ⁊ cū se in aqua percepisset ad piscatorem clamabat. O carissime adiuua me ⁊ dabo tibi mercedem. quia ego sū peregrinus ille qui heri in campo pugnabat sed quomodo huc ueni penitus ignoro. Piscator hoc audiēs eum in nauiculam recepit ⁊ ad domum suam duxit ⁊ i lecto quiescere fecit. Venerunt filii plebei ad patrē suum nunciabantque ei ꝙ submersus fuisset. vnde amplius timere non deberet. Plebeus non modicū gaudens mane surrexit. armauit se. ad ianuam pallacii accessit ⁊ clamabat. Illum peregrinum deduc foras. vt potero me de eo vindicare. Rex cum hoc audisset precepit filie vt eum excitaret ⁊ ad bellum se prepararet. Illa vero ad lectum eius accessit ⁊ non inuenit.

Pudella uero amare fleuit ⁊ ait. Heu mihi thesaurus meus mihi est ablatus denuncians q; patri ꝙ eum non inuenit. Rex uero contristatus est ualde sed cum lectū non inuenerunt admirati sunt. Aliqui enim fugam accepisse dixerunt. aliqui ꝙ iugulatus fuisset. Plebeus in porta continue clamabat. Educ foras peregrinū uestrum. quia caput suum hodie regi presentabo. Dum uero in palacio de peregrino facta est questio. unde deuenit. uenit piscator ad regem ⁊ ait. Domine nolite contristari nocte ista in mari piscando eram ⁊ peregrinum illum quē dicis in mari proiectum inueni quem accepi ⁊ in domum meam introduxi ⁊ eū dormientem dimisi. Rex cum hoc audisset gauisus est ualde misit ad eum ut se ad bellum prepararet. Plebeus cum hoc audisset ꝙ mortuus non esset timuit ualde. inducias belli a rege petiit. Rex inducias unius hore ei concedere nolebat. Ambo campum intrabant duos ictus dederunt. sed in tercio ictu guido brachium eius amputauit. deinde capud. ⁊ regi presentauit. Rex uero gauisus est valde. ꝙ peregrinus tam gloriose triumphauit. Et cum audisset ꝙ filii plebei eum in mari proiecerunt eos in patibulo suspendi fecit. Peregrinus uero licentiam a rege accepit. Ille uero donaria multa ei obtulit. ut secum maneret. sed ille nolebat ei consentire. aurum ⁊ argentum in magna quantitate dedit qui omnia tyrio suo socio dedit ⁊ eum cum rege in pristino gradu ⁊ in diuitiis multis instituit. et vale regi fecit. Rex vero ait ei. Carissime propter deum unum a te peto antequam de isto loco

recedas dicito mihi quod est nomen tuum · At ille· Domine guido vocor de quo sepius audisti Rex hoc audiens super collum eius cecidit magnam partē ei pmisit regni sui si moram cum eo traheret. Ille uero nullo modo ei volebat consentire sed osculatus est regē ꝛ ab eo recessit· Guido uero angliam intrauit ꝛ ad proprium castrum perrexit. ante portam pauperes sedentes in magna multitudine inuenit ꝛ inter eos in forma peregrini sedit· Comitissa uxor eius personaliter singulis diebus ministrabat ꝛ cuilibet pauperi dedit denarium dicens· orate pro domino meo guidone ut anteꝗ̄ moriar gaudium de eo habeam ꝛ ut feliciter ad me reuertatur· quoniam ad terram sanctam diu perrexit. Accidit eodem die ꝙ filius eius qui septem annorum erat splendide indutus esset ꝛ matrē inter pauperes sequebatur· Filius cum audisset matrem cuilibet pauperi dominum guidonem nominare ait· O mater est ille ne pater meus quem pauperibus istis sic recommendas. At illa· Etiam fili mi· Tercia nocte postꝗ̄ te concepi a me recessit· ꝛ amplius eum non vidi. Cum uero domina inter pauperes per ordinem ambularet venit ad uirum suum guidonem ꝛ elemosinam ei dedit sed qualis esset penitus ignorabat· Ille vero caput suum inclinabat ne agnosceretur· Domina cum ad alios pauperes āmbulasset filius sequebatur· guidoq; oculos suos eleuās uidensq; filium suum quem ante nondum uiderat non poterat se continere· filium inter brachia accepit ꝛ osculatus est eū ꝛ ait· O fili dulcissime deus det tibi graciam deo placere· Domicelle dum uideret peregrinū ei

osculum tradere uocat9 ē ut ampli9 ibidem nō staret. Guido ad vxorem accessit ꝛ locuȝ in foresta petiit ut ibi posset semper permanere. Illa uidens eum peregrinum pro dei amore ꝛ viri sui locum construxit ibidē per multa tempora permansit. Cum autem ad morteȝ appropinquaret famulum suū aduocari fecit ꝛ ait. ito Carissime festinanter ad comitissam et istum anulum ei trade ꝛ dic si me desiderat videre statim ad me veniat sine vlteriori dilatione Nuncius ad dominā perrexit et anulum ei ostēdit. Viso anulo alta voce clamabat. Iste est anulus domini mei. Agili cursu ad forestam perrexit et anteq̄ venit guido est defunctus. Illa vero super cadauer cecidit. ꝛ alta uoce clamabat. Heu mihi spes mea periit et lamentationes et suspiria emisit dicens. Ubi iam sunt elemosine mee que pro domino meo feceram oī die. Vidi dominū meū de manibus meis elemosinam accipere ꝛ eū nō cognoscebā Vidisti filium tuū ante oculos tuos palpasti osculat9 fuisti nec mihi nec sibi īdicasti q̄d fecisti. o guido guido āpli9 te nō uidebo Cū mario hōre corp9 sepulture tradidit ꝛ mortē eius per multos dies planxit.

Moralizatio.

Karissimi per istum militem deuȝ intelligere dēm9 qui multa bella fecerat. primo in celo quando demones expulit sicut scriptum est. Factum est prelium magnum in celo. Deinde in terra sepius quando pharaonem ꝛ exercitum eius proiecit in mare. Et in parasceue. ꝛ hoc totum propter amorem puelle. id est anime. Deinde Tyrum secum duxit.

id est hominē assumpsit ut infideles id est vicia de reg
no corporis expelleret ⁊ uirtutes plantaret. tyrium id
est moysen constituit ut populum suum ad uitam rec
titudinis duceret. Deinde guido de terra sancta uenit.
quando filius dei de celo descendit ⁊ tyrium uagantē
scȝ totum genus humanum in via perditionis inuenit
quia quotquot ante eum uenerunt ad inferna descen͞d
runt dormiunt in gremio nostro quando nostraȝ hu/
manitatem assumpsit de virginis utero. Mustela exi/
it ⁊ in montem intrauit ⁊c͞. id est iohannes prophete ⁊
alii de eius aduentu prophetabant. in montem id est
in mundum intrauerunt uerbum dei predicando. sicut
testat᷑ de iohanne Ecce mitto angelum meum ⁊c͞. post
hec redit ad xp̄m cum dixit. Ecce agnus dei. Cristus
uero inuenit draconem mortuum scȝ legem antiquam
conculcatam per cerimonias ⁊ in ea thesaurum inuenit
scȝ deceȝ precepta que hōi dedit cū gladio potestatis
diuine quam sibi retinuit sicut scriptum est. Judicium
meum alteri non dabo. per istum gladium plebeum ti
rannum interfecit qui tyrium id est hominem ab ho/
nore ⁊ diuitiis priuauit quando primum patrem trās
gredi fecit. pugnauit fortiter in campo isti⁹ mūdi. ⁊ p
vnam uirginem scȝ beatam mariam armis humanita/
tis erat armatus. Sed septē filii. i. ꝓpter septē peccata
mortalia de celo descēdit ⁊ cū eo sp fuit ⁊ in mare isti
us mūdi proiect⁹ ubi piscator scȝ spūs scūs sup eū des
cēdit ⁊ sp cum eo fuit ⁊ in fine dyabolum deuicit ⁊ ui
ctoriaȝ regi id est patri celesti presentauit. ⁊ sic ad ter
ram suam id est celum se transtulit ⁊ nobis anulū fidei
sue reliquit. per quā poterim⁹ ad eternā patriā puenir̄

Guido cum ad patriã suã uenerat incognitꝰ erat. Sic filius dei in celo intrauit parentes sui scꝫ angeli aliqui q̃lis eēt penitus ignorabant. Unde dicebãt. Quis ē iste qui uenit de edon tinctis uestibꝰ de bosra Unde debemꝰ prēm nostꝝ osculari. scꝫ orationē ei īfundere. quia ipse est pater noster. unde in Deu. Anteq̃ esses ipe ē p̃tuus ꝛc̃ Studeamus ergo prēm nostꝝ xp̄m sequi per opa mīe ꝛ per oñs veniemus ad eterna gaudia.

De sarcinis ꝛ grauamībꝰ mũdi ꝛ gaudiis celi. c. dxxiii

Ecidit semel ꝙ rex quidam ad nundinas perrexit ꝛ secum quendam magistrum philosophũ cuz discipulo suo duxit qui stantes in foro. viii. sarcinas uiderunt uenditioni expositas. de quarum prima discipulus magistrum interrogauit quale precium paupertas ꝛ tribulationes propter deum acquirerent. qui ait Regnum celorum. D. Grande precium est ammoueat secundam ꝛ videamus quid intus habeat. M. Mansuetudinem. Beati inquit mites D ꝓ Preclara res ꝛ deo digna mãsuetudo cuius precii est M Non dabit' aurum obrisum pro ea nec appendet' argentuꝫ pro omutatione eiꝰ sꝫ terrã requiro nõ nisi terrã desidero ꝓ ea D. Ab india usq̃ britãniam terra spaciosa est ꝛ cultoribus indiget accipe quantum placet M. nequaq̃ hec terra ē morientiũ q̃ deuorat habitatores suos. moriũtur in ea homines. ego uero quero terram viuentiũ. D Quid perpendo ꝙ moriunt' ꝛ tu inuitus moriens viuere uis in eternum? Ecce beati mites quoniam ipi possidebunt terram. Tercia quid continet M Esuriem ꝛ sitim D. quõ hec pñt cõparari M Justicia illi nomē est

Beati qui esuriunt ꝛ sitiunt iusticiaꝫ. quoniā ipsi satu
rabunt᷑. D. Saturaberis ergo ꝛ proueniet tibi iusticia.
si non interfuerit negligentia. Quarta quid continet.
M. Lacrimas fletus ꝛ ploratus irriguū superius ꝛ ir
riguum inferius. D. Luctus ꝛ fletus non solent emi re
dimi tamen. quia hoc precium desiderant sancti. Bea
ti qui lugent. quoniam ipsi consolabunt᷑. Quintus ille
sacculus quid habet? M. Rem preciosam. misericordi
am quam tibi placere perpendo. Ne te protraham ꝓ
misericordia temporali volo misericordiam eternam.
D. Non es bonus rerum arbiter. Pro temporalibus e
nim nunq̄ꝫ accipies eternam. nisi pro te ageret miseri/
cordia. Ipsa tamen fiet tibi secundum fidem tuam. Et
beati misericordes quoniam ipsi misericordiam conse
quent᷑. Sed iam paupertatibus ꝛ miseriis ꝛ tribulatō
nibus abundamus. Reuolue sextum. si forte quid me/
lius contineat. M. Plenus plane sed hoc non amat
publicum ut purpura sed in secreto cubiculo uidebit᷑.
ibiq̄ꝫ de premio eius taxabit᷑. D. Examinati sumus.
quidnā est modo. M. Mundicia est cordis preciosa.
ibi vasa aurea ꝛ argentea continent᷑ scꝫ pietas. bōitas
misericordia. caritas. ꝛ gaudium in spiritu sancto.
Hinc preciosa illa pallia explicabunt᷑ ut sunt lectiōes.
meditationes. orōnes. ɔtēplatiōes. iudicia dn̄i uera iu
stificata in semetipsa desiderabilia super aurum ꝛ la/
pidem preciosum multum. D. In custodiendis illis
retributio multa. Pete igitur quid vis. M. Visio/
nem dei. D. Beati ergo mundo corde. quoniam ipsi
deum uidebunt. Euolue septimam. M. Pacem conti/
net. D. Pacem tuam mihi vendit urus es? M Non

mee expedit paupertati nec tue iusticie cōpetit. nec de/
cet diuicias tuas · ut gratis a me aliquid accipias sed
iam te in omnibus largiente habundo. Unde quid su
perest · Homo sum rusticus ꝛ ignobilis ꝛ de luto factus
de limo terre cōpactus tedet me ignobilitatis mee no
lo mihi ulterius improperari terra es ꝛ in terrā ibis sed
potius mihi uolo dici celum es ꝛ in celum ibis sortem
filiorum dei desidero · filius dei esse concupisco · D · Di
xi fateor ꝛ non diffiteor beati pacifici · quoniā filii di
uocabunt̄ si igit̄ filiorum seruas caritatem paternam
habebis hereditatem · Jam ultima restat sarcina expli/
ca eam · M · Non habet nisi persecutiones ꝛ tribulatō
nes pro iusticia · D · Et quid pro his exigis . M · Reg/
num celorum · D · Jam pro premio uel precio pauper/
tatis id tibi concessi · M · Sed mensis ex mense · sabba/
tum ex sabbato · erras . desidero presenti ebdomada ꝛ
mense quod residuum ē expecto · D · Miror in negoci
ando prudentiam tuam · ꝛ nunc audi · Serue bone ꝛ fi
delis · quia super pauca fuisti fidelis supra multa te cō
